ligenter, atq3 in defesse ipsorum met quoq3 attestatione
præstitisse, et vero etiam nobis in seruitio nostro

in posterum prestare posse et velle, comprobatur: non=
nullorum ꝯz primariorum Consiliariorum nostrorum ho=
norifica ꝯmendatione adducti, aliquod benignitatis
et munificentie nostre monumentum extare vellemus,
cuius fructum et ipse et hæredes ac posteri sui ad per=
petuam memoriam aligno modo sentiant: Et quoniã
relatum nobis est illum non ita multo antea domũ
propriam prosecte et hæredibus suis in Ciuitate nostra
Thorunen, comparasse. Motu igitur spontaneo et de=
liberate ex Regii nostri muneris amplitudine ac po=
testate gratiaꝯz et fauore speciali Cquo ciusmodi
viros doctrina et virtute morumꝯz et vite prebita=
te atꝯz integritate præteritis nobis commendatos
prosequimur, Eidem Christophoro Pamonio in minste=
rium nostrum cooptato, et liberis posteriisꝯz suis
legitimis hanc libertatem et immunitatem in Urbe no=
stra Thorunia, concedimus, Cqua egregiam etiã alias
huiusmodi personis dere literaria et Reipub=bene=
meritis; ipsiꝯz præfato Pamonio, ratione quoque
publici officii sui optimo iure et de consuetudine
recepta competit) vt eam domum præmemoratã,
à quodam Joanne Grauio Vratislauien, vt dicitur
hereditarie et legitime emptam, et in foro ibidem
inter vicinas Sebastiani Trostij, et olim Casparis
Frisij ædes contiguas, sitam, pro se et hæredibus
posteriisꝯz suis legitimis, vigore præsentium huius
priuilegii nostri (rarum, hac libertate et immunitate
hereditaria donamus, et perpetuo gaudere ac
vtifrui volumus, vt et ipse sæpedictus Christo=
phorus Pamonius et hæredes posteri, ac secuturi
eiusdem præfatæ domus possessores, tanquã ex spe=
ciali gratia et indulgentia nostra Regia beneficiarij

nostri, per se et coeundem sucessores, eam ipsam domũ
et habitationem cum omni vsufructu exemplo et instar
aliorũ quorumcunq; Thorunensiũ Ciuium atq; incolarum
pleno iure et omnimoda libertate Ciuitatis et totius cõ=
munitatis vtentium, et gaudentiũ veluti hæreditario, li=
bera et priuilegiata ab omnibus et singulis Ciuilibus
oneribus, exactionibus, censibus, vigiliarũ obseruationi=
bus, et portarũ Ciuitatis Custodiis publicis, atq; ab ho=
spitũ inuitis et coactis (videlicet ne hospes cuiuscũq;
status aut conditionis contra voluntatem suam
hospitio recipere à quoquam compellatur) et à re=
liquis quibuscunq; nominibus appellatis grauamini=
bus et contributionibus ac exactionibus futuris, mul=
lis penitus exceptis, immunem atq; exemptam pacifi=
ce habeant, teneant, possideant, vtuntur, et ad
vsus suos beneplacitos, prout in ciusmodi hæreditario
liberis ædibus fieri et moris est. Hoc insuper cum
ista gratiæ mæ Regiæ extensione expresse addito, vt
libera illis vniuersis et singulis sit facultas atq;
potestas, easdem hæreditario iure liberas ædes suas
cum tali priuilegiata immunitate alijs locandi hij po=
tiendi, vel vltro in quoscunq; modo alienandi, vẽ
dendi, permutandi, donandi, vel per vltimam volũ=
tatem testandi atq; legandi, prout illis possesso=
ribus pro tempore existentibus melius et vtilius vide=
bitur expedire perpetuo in æuum, absq; vllo mõ
et successorũ nostrorum Regum Poloniæ, sicuti etiã
absq; officialiũ nostrorum quorũcunq; impedimẽ=
to, Quapropter omnibus et singulis nostris officiali=
bus, Mandatarijs simul, ciuium Proconsulibus Consuli=
bus, Quæstoribus, Cæterisq; Magistratibus Ciuitatis
nostræ Thorunii æqris mandamus, vt expediti Chri=
stophori Pamonimi ministrum nostrum et eius hæredes

poste ros̄ legitimos et gnoslibet mores̄ores et posses̄ores
illius domus secuturos in ea libertate ac immunitate gnie-
te et pacifice permanere relinquant, atq̄s defendat
hoc quoque maioris declarationis causa adiungendo;
Quod quicquid in praesentibus litteris specialiter exter
praesumm hoc verbis generalibus, in eis ipsis litteris co-
tentis et descriptis derogare non debeat; sed ver-
ba generalia appposita omnia, quae expressa nomina-
tim non sunt, in se includat, perinde ac si specifica-
tis et expressis nominibus essent posita, atq̄s descri-
pta. Postremo ad declarandas etiam futuras forte
ambiguitates volumus et decernimus, quod nullum
statutum municipale vel plebiscitum Ciuile de obliga-
tione vel alienatione actum factum, editum, aut fu-
turis temporibus edendum in saepedicta Ciuitate nra
Thorunia, praesenti concessioni donationi et priuile-
gio nostro ullo modo obstare debeat vel possit Nos
enim vim et robur eiusmodi statuti qualisq̄s de
plenitudine potestatis nrae Regiae omnino hoc casu
submouendum et tollendum ac ei derogandum duxi-
mus; tollimus q̄s ac submouemus praesentibus litteris
nostris Quibus in testimonium cui clentius et fide
maiorem sigillum nostrum hic infra est subap-
pensum Datum Thorunij in Comitiis Regni gene-
ralibus die Decima Decembris Anno domini
M° D° Ixx° vj° Regni nostri anno Primo.

Incipit Liñs dominj Nil

lebimus Qũi

gentebimus

Septuagebi

mus Septi

~, mus ~

Iacobo Rokoszowski Castellano Sremensi thelonearum Maioris Poloniæ arrenda confirmatur.

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus præsentibus litteris nostris quorum interest vniversis et singulis. Quod inter cætera officia nostra Regia, quæ huic Reipublicæ, à qua in administrationem istius Regni fœliciter electi et assumpti sumus, id præcipuè debetur à nobis, vt omnium incolarum et subditorum cuiuscunq3 Status et ordinis, libertates, iura, Priuilegia, non solùm sanctè conseruemus, sed etiam ab impedimentis quibuscunq3 defendamus, et in posterum quam maxima cum illorum vtilitate fieri possit augeamus. Quod quidem faciendum nobis est Generoso Iacobo Rokoszowski Castellano Sremensi, Thesaurario Curiæ nræ, Capitaneo Ostrzeszoniensi, et thelonearum nostrorum in Maiori minoriq3 Polonia supremo Præfecto, cuius fidei et obseruantiæ singularis in seremissimos prædecessores nostros Reges Poloniæ dextritatisq3 in peragendis Reipublicæ negotiis amplissima testimonia, ex functione eorum officiorum, quibus à seremitatibus illarum præfectus est, euidenter perspicimus. Nos verò ipsi postquam gubernacula Regni accepimus, experimur quotidie, et seremitatem suas beneficiis benemerenti collocasse: et iudicamus dignum, quem eximiis honoribus gratiisq3 decentur hominibus, et quibuscunq3 emolumentis, ex gratia quoq3 nra Regia

ornare studeamus. Et quoniam Serenissimus olim Rex
praedecessor noster Sigismundus Augustus, arendauerat
eidem Gnoso Jacobo Rokossowski Castellano Sremensi Tche-
lonea omnia maioris et minoris Poloniae, tam Gracovien,
quam Posnanien, summa quadraginta quingq millibus
florenorum, moneta et numeri Polonicalis, quolibet
anno in Thesaurum Regni soluen, quemadmodum
littera Priuilegii, de data Warschouia feria se-
cunda in vigilia sanctae Dorotheae Anno domini mil-
lesimo quingentesimo septuagesimo primo, manu se-
remitatis suae subscripta, et sigillo communitae, su-
per eam Arendam, latius in se continent, et penes
eundem Jacobum Rokossowski Castellanum Sre-
mensem extant, ad vltimam vsq3 diem Decembris
in Anno domini centesimo, millesimo quingentesimo septua-
gesimo octauo, continue et immediate sese segnentium
decursum. In qua arenda quemadmodu antea paci-
fice, et sine quouis impedimento, conseruatus est; ita
quoq3 et a nobis conseruabitur, Et cupiens idem
Gnosus Jacobus Rokossowski, Castellanus Sremen, de
ca Repub: in qua natus educatusq3 est, in dies bene-
merori, bonitateq3 sua naturae tanquam probus, et
bene sua amans Ciuis, plurisillius quam propria aesti-
mans commoda, maxime vero bene perpendendo,
et Regni et publici aerarii difficultates, quibus
nunc est circumuentum, diligentem operam, laborem,
industriamq3 suam obtulit nobis in exigendis hisce
et heloneorum nostrorum prouentibus, neq3 coactus,
sed libere suaq3 sponte nobis et Reipub: in eo
gratificari, studiumq3 et obsequia sua prompta
in nos demonstrare volens, decedere suo iure
litterisq3 priuilegii, quae firmas et inuiolabiles

habet, decreuit, et Summam arendae sue dictorum the-
loneorum in Iris priuilegii descriptam, vzt Quadragin-
ta quinq3 millia florenos, quinque millibus florenorũ
augere nobis promisit; ita vt deinceps singulis annis,
cõmquaginta integra millia florenorum in Thesaurum
nostrum rationẽ huius thelonei prouentuum sit solu-
turus. Nobis verò grata est, essegz debet ea Generosi
Jacobi Rokossowski Castellani Sremensis, voluntas, qua
non mediocr Rempub: iuuit, pollicemurgz gratitudi-
nem nostram, isto nomine vtissim eidem et benefiten-
tia nostra offerentibus se se occasionibus specimen
ostendere. Nunc verò constituimus illi prorogare Are-
da praefata tempus, vzt primus anni, vt ea deinceps
terminetur ad vltimam vsque diem mensis Decembris
in Anno domini ventuo Millesimo quingentesimo se-
ptuagesimo nono inclusiue. Et quandoquidem auc-
dictorum thelonei prouentuum facta est; aequum ch
consemus, vt speciales Priuilegii Iras nras super hac
Arenda, à nobis habeat; quemadmodũ quidem has
praesentes damus, arendamusgz eidem Generoso Ja-
cobo Rokossowski Castellano Sremensi in solidum,
omes dictorum theloneorum prouentus in maiori
minorigz Polonia, nouagz et antigua Thelonea nra,
vniuersa et singula, tam Cracouiẽ quam Posnaniẽ,
cum omnibus Cameris et custodiis ad illa pertinẽ,
ad trium annorum expirationem, continue et imme-
diate se se sequentium decursum, vzt à die hodier-
na, hoc est prima die mensis Januarii. Anno praesen-
ti Millesimo quingentesimo Septuagesimo Septimo,
Arendã praesentem inchoando, eamgz ad vltimam
diem mensis Decembris, in anno Domini ventuo
Millesimo quingentesimo Septuagesimo Nono. continu-
ando inclusiue. Dan et concedẽ praefato Gnoso
Jacobo Rokossowski Castellano Sremensi, plenã

facultatem et omnimodam potestatem, thelonea nostra vtrag3, tam maioris g nad minoris Polonie Cracovien et Posnanien omnia, in Cameris et custodiis dictorum thelonеorum, more et consuetudine antigua, et no alis modo exigend, et administrand, et de solutione corū guis= tand, transgressionesg3 omnes et singulas, si guce iuste et legitime obuenerint, accipiend. Quodsi vero aut nomine thelonei aut transgressionis, minus iuste g nippiam perceperit aut exegerit, de eo coram nobis vel Com= missariis nris, ad mandatum nostrum se iustificare tenebitur. Rationē cuiusg dictum Arendae predictus Generosus Jacobus Rokossowski, ex omnibus et singu= lis theloneorum supranominatorum prouentibus, quīm= gnaginta millia florenorum, per triginta gros= sos computatorum, numera et moneta in Regno nro vsitata, quartam partem pro Respublica in cam summam includen, ad rathas tres infrascriptas, annis singulis Arenda eiusmodi durand, ad fiscum seu Thesaurum nostrum dare, soluere, numerare, et sine gravi contradictione integre nobis reponere tene= bitur, et exit astrictus. Vrgt pro festo Sancti Jo= annis Baptiste, in anno presenti millesimo, quingē= tesimo Septuagesimo Septimo, Sedecim millia Sexin= gentos, Sexaginta sex florenos et viginti grossos ratha prima. Similiter pro festo Sancti Galli Cō= fessoris, Sedecim millia, Sexingentos Sexaginta sex florenos, et grossos viginti, ratha secunda, Et pro festo trium Regum Sedecim millia Sexingē= tos Sexaginta sex florenos et viginti grossos, ter= tia ratha vltima; et sic deinceps annis singulis Arenda prēti durante, memoratus Gnōsus Jaco= bus Rokossowski, Castellanus Sremensis, exolue= re, reponere, et numerare tenebitur. Porro

si ante expirationem prntis arende, dictum Generosum Jacobum Rohosforoski Castellanu Sremensem Cquod Deus auertat) mori contigerit, nihil ni de intromodi et dammi nobis, et mense nostre euenire debet, sed successores illius proprii et legitimi, et successorū tutores, arendam terminare, continuare, theloneagz ma ad ultimd vsqz diem mensis Decembris anni istius, quo ille è viuis excesserit, exigere debent, et omnibus conditionibus in ea descriptis satisfacere nobis tenebuntur. Onera quoqz, impensas, pensiones, expensas, donationes, libertates, pontiū viarūqz quaslibet reparationes, memoratus Gnosus Jacobus Rohosforoski in se suscipit, ita quod itinerum impeditos transitus mercatoribus in locis consuetis, suis proprijs sumptibus et impensis, reformare et reficere, tenebitur, ita quod nos nulla onera, pensiones, donationes, libertates, per nos vel antecessores nostros factas et concessas, deducere, detrahere, seu in ratione illorum, ad rationem prouentuum arendae, suscipere tenebimur. Exceptis tantūmodo donationibus, libertatibus, concessionibus, pensionibus, quas toto eo tempore, quo Gnosus Albertus Sopirhoroski, et Nicolaus Kosslia Theloneis nostris praefuerunt, ab initio et data literarum arenda illorum cuiquad confirmauerimus, tum si quas post datam praesentium, concedi per nos contingat. Exceptis etiā quietationibus libere boum sine solutione thelonei, literis nostris permittendorum. Quad omnia premissa ad rationem arendae, in ratione per eum fatienda, suscipere et detrahere tenebimur. Si verò durante arenda memorata, aliqua libertas seu donatio pensionis, per nos aut antecessores nostros alicui concessa expirauerit, et ad nos

redierit, aut ratione solvendi thelonei libertate expirata,
aut pensione processú vel deressum annos denoluta,
id totú quantumcumqz erit, nobis et thesauro nostro, ul-
tra summam Arendæ præfatæ, reddere, restituere, et
soluere tenebitur, ac illius successores tenebuntur, Non
debebit præterea nec poterit, scpeditus Gnosus Ja-
cobus Rokossowski, circa solutionem pecuniarum aré-
dæ, objicere, mercium smetuas Nobiliú et mercato-
rum exactiones, expulsiones, thelonecrú retentorú
debitorum non solutiones, nec damna aligua in
Cameris quomodolibet facta, nec vllas penitus eua-
siones et allegationes, quibus Arendatores alii inte-
gram Arendæ solutionem euadere ante hac consue-
runt, sed omni excusatione semota, integram arendæ sú-
mam, modo supradicto nobis soluere tenebitur. Pesti-
lentiis tantum grauioribus, tam in Maiori quam in
Minori Polonia, hostili in Palatinatú Walachiæ, et
in terras Podoliæ (quod absit) irruptione, aut mo-
tione bellica ex quacumqz parte Regni, propter quam
Mercatores ad tholonea bones deducere nó possint.
duntaxat exceptis, cuius rei nos rationem instam
habere, pro nobis et Sereniss. successoribus no-
stris, pollicemur. Vt autem prædictus Gnosus Jaco-
bus Rokossowski thelonea mra cómodius adminis-
trare, et rationibus suis prospicere possit, promitti-
mus eidem, vt mercium causa quæ ex mundinis
Lublinen, Torunen, Gedanum in Prussia Pome-
raniamqz vehuntur, tam per Poloniá maiorem,
quam per Masouiam Custodes et Cameras consti-
tuere, ab eisqz thelonea iusta instructionem exige-
re, tum etiá à bobus, vaccis, vitulis, Walachicis
et Rutenicis, quos per Masouiam et Prussiam

subditos nostros traducere contigerit, solutionem the-
lonei in Cameris et Custodiis exigere illi erit liberum.
Exceptis bobus Masouitticis et Podlieszkich, quos
sine solutione thelonei in Ducatu Prussiae iuxta De-
cretum per antecessores nros latum, permittere lice-
bit. Sed si qui subditorum nostrorum, cuiuscumque sta-
tus et ordinis, per vim seu manu armata bones aut
merces extra fines Regni nostri traducere, probabi-
liter compertus fuerint, nos eiusmodi violentias, tá-
quam proprium et legitimum negotium nostrum, tueri,
defendere, Justigatorem officii nostri ad instigan
contra tales procedere, iustitiamque iuxta iuris
formam administrare, et negotium vbi nostru proprm
debito fini terminare tenebimur. Salvis tamen et
integris omnibus Juribus, libertatibus, Nobilitate
Regni, quas omnino illesas esse volumus. Salvis etia
et integris omnibus oneribus, tam novis quam anti-
quis thelonei Cracovien et Posnanien, sed quoniam
didicimus esse plurimos subditorum nostrorum utri-
usque ordinis, qui libertate de bobus hujemodi
à nobis concessa abutuntur, et domi aut in Regno
bobus venditis, à quibus nobis theloneum de-
betur, sub praetextu suorum, bones venditos, ad
fines Regni mercatoribus praesentare consueu-
runt. Nos prouentum mensa nostra rationibus
prospicien, et eiusmodi collusionibus et artibus ho-
minum modum praecludentes, volumus, vt quilibet
ea suspitione notatus, quod suos proprios et non alie-
nos et nondum venditos bones, extra fines Regni edu-
cit, Jusiurandum praestare teneatur. Liberum etiam
erit eidem arendatori, vno aut altero anno expleto
arendae praefatae, si voluerit, abremouiare. Nos
vero attendentes comodum fisci nostri hac in parte

melius prospici hoc tempore non posse, necesse rõ
gua proventus predictorum theloneorum nostrorum
latius extendi augeriq; vltra summã prẽdictã arẽdã
possint: Tollicemur verbo nostro regio, predilectum
Generosũ Jacobum Rokossowski, pronobis et Sereniss:
simis Successoribus nostris, in administratione pre-
dictorũ theloneorum nostrorum, iuxta vim et pre-
scriptũ à nobis illi datæ presentis Arendæ ex
hoc tempore, ad vltimam vsque diem mensis Dece-
bris, in Anno Domini ventreo Millesimo gẽsimente-
simo Septuagesimo Nono, in lucris, pacifice, continuè,
sine quouis impedimento conseruaturos, nec ipsum
in ea quouis modo impedituros esse; eumq; et Suc-
cessores illius, toto eo tempore, pollicemur et tenebi-
mur, Sereniss:imiq; Successores nostri tenebuntur, ab
omnibus impedimẽtis et violentiis quarumcunq;
personarum tueri et defendere, iuxta suæ formã,
ac ea omnia et singula, quæ in nos presentibus reci-
pimus, sedulo et sine omni contradictione esse
adimpleturos, quo et ipse eo diligentius et cõ-
modius prefatos theloneis reditus, exigere possit
et valeat. Vt autem ea omnia et singula quæ
premissa sunt, eo certiora ac firmiora sint, pre-
sentes l'ras manu nra subscripsimus, et sigillo
nostro roborari iussimus. Actum et Datæ Vo-
rumꝫ Prima die mensis Januarij Anno Domini
Millesimo gẽsimentesimo Septuagesimo Se-
ptimo. Regni vero nostri anno Primo.

Stephanus Rex Supt

Cauctur à Regia mtẽ Iacobo Rokoszowski de pecunia certa suma

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus præsentibus lr̃is nr̃is gnorum interesse vniuersis et sin=gulis, Quod Generosus Jacobus Rokoszowski Castellanus Sremen, Cracoviæ Thesaurarius, Capitaneus Ostrzeszoviens, Theloneorumq3 nostrorum in Maiori minoriq3 Polonia Supremus Præfectus, et existens Arendator prouentũ Theloneorũ nostrorum in Maiori et Minori Polonia, inyta lr̃as Priuilegii supeream Arendam sibi per seremissimum olim prædecessorem nostrum Sigismundũ tertium Regem concessas et datas, Warschoniæ Anno Domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo Primo, feria Secunda in vigilia Sanctæ Dorotheæ: quod quidem priuilegium ipsius, nos ratũ et firmũ in omnibus punctis et clausulis volumus esse. Nobis tamẽ ex singulari fide et obseruantia erga nos et Rẽpublicã graues varias q3 Regni, publici erarii difficultates, perpendens animo, magis q3 publicum quã proprium commodũ amans, in eo studio: sam voluntatem demonstrauit, quod de iure suo, litteris q3 Priuilegii Arendæ suæ decedens, libere suaq3 sponte, consensit ad auctionem summæ pro: uentuum prædictorũ Theloneorum, quemadmodum Priuilegiũ per nos illi concessum, de data die hodierna, latius dissponit. Cupiens autẽ et in cæteris rebus, idem Gnosus Jacobus Rokoszowski

Castellanus Sremensis nobis gratificari amplius, come=
nit nobiscum, quod clenodia duo, nempe vnicorum, et
Coronam regalem, quæ apud magnificum Joannem Tar=
lo de Szczekarzowicze, Palatinum Zublinen, Capitane=
um nostrũ Pilsnensem, per Rempub= oppignorata,
in viginti quatuor millia florenorum Polonicalium su=
ma, sibi ratione stipendiorum tempore interregni, post
mortem Seremissimi prædecessoris nostri Sigismundi
Augusti Regis, de sua pecunia solutorũ, ab Regni
Thesauro debita, extant, eliberare et redimere, fa=
cta obligatione eidem magnifico Palatino Zublinen
super suis hæreditariis bonis, idq3 omnib in se reci=
piendo, nobis promittit, et pollicetur. Insuper
laborantibus nunc nobis summa pecuniaria rei dif=
ficultate, reddidit et in effectu reposuit hoc tem=
pore in Thesaurum nostrum, summam Decem mil=
lium florenorum, quemlibet per grossos triginta
computat. Quando itaq3 duabus his summis
et ea comungetur, quæ ex Arenda Theloneorum
provenituum, ordinariis et annuatim, in vsum vi
ctũq3 Seremissimæ Mtis Regiæ exponitur=
tum etiã et ea quæ ratione quartæ partis, quæ ex
eadem Arendæ summa Rauam Reipub= debetur.
Demq3 et alia theloneorũ onera computabuntur,
apparet manifeste, eam summam vltra Septuaginta
millia florenorũ creuisse, prouentusq3 Theloneo=
rũ vnius anni, multo longius excedere. Proinde
magnũ regni tempus ad exigendam tantam pecu=
niæ summam, nec vnũ sufficere annum cum videamus
Volentesq3 cauere molimitabi eiusdem Generosi
Jacobi Rohostorski Castellani Sremen, vt ne
aliquod detrimentũ, si forte illum ante expira=
tionem Arendæ, quæ super Thelonea nostra

illi est concessa à nobis (quod Deus auertat) è viuis excedere contigerit, capiat, et successores illius, eo qui sequitur modo cum eo componimus. (Clenodia ista post quam eo, quo suprascripti est modo, à prefato magnifico Palatino Zrinien. ductus Generosus Jacobus Rohosdorski Castellanus Sremen. eliborabit, et in effectu ad se recipiet, ita disponet, vt mihi nobis dabit, vel ipse presens, aut per alium ad nos remittet. Coronam verò ipse mi sua Custodia ratione pignoris habebit, quam nos penes ipsum et successores illius esse volumus, et verbo nostro regio promittimus, neq3 prius ab ipso vel successoribus eius, eam Coronam repetemus aut accipiemus, donec summa pecuniæ ab illo, nomine nostro et Reipublicæ, dicto magnifico Palatino Zriniensi, mihi hæreditariis ipsius bonis obligata, et successorũ illius, aliam verò, nobis exposita, ex reditibus prouentuum thelonei predicti, iuxta rationes sui priuilegii Arendæ illius, et summæ mihi ea descripta, exiget et recipiet, vel illi aut successoribus eius secundum rones persoluta fuerit. Quod si recipere eam Coronam voluerimus ad nos, antequam prefato Gnoso Jacobo Rohosdorski Castellano Sremensi, eo modo integre satisfactũ fuerit, tenebimur erimusq3 astricti, subductis aequiter et iuste cum eo et successoribus illius rationibus, quicquid vltra summam Arendæ vnius anni, illum plus exposuisse indicabunt, id totũ eidem cumq3 successoribus, præsenti parataq3 pecunia restituere et reponere. Cuius quidem Coronæ ratione, promittimus pro nobis et Seremissimis successoribus nostris, antequam sepedictam pecuniæ summam, vel ex prouentibus thelonеorũ non recipiet vel præsenti paratoq3

pecunia, vti supradictum est, à nobis seu sereniss[imis] successoribus nostris, si quid vltra exponet, illi et successoribus eius non erit persolutum, nullâ negotiâ aut impedimentô, nos cum sereniss[imis] successoribus illi facturos esse, nec quicquis alius priuato vel Reipu= blicæ nomine faciet. Hoc etiam cum sereniss[imis] succes= soribus meis, eidem Gnoso Jacobo Rokossowski, Castel= lano Sremensi, et successoribus eius cauemus, quod mi= mi quietationes siue mandata quibus exponere et dare pecunia ex prouentibus theloneorû, iuberetur à nobis, vlla dabimus, nec sereniss[imi] successores nri dabunt, quoad supradictam pecuniarum summam ex dictis theloneorum prouentibus, non recipiet, sigs per oblitionem cuigs eiusmodi quietationes dabun= tur à nobis, ea nullius valoris et irrita erût apud eum, sine offensione gratiæ nostræ. Quinimo nequ nos ipsi antequa de sæpedicta pecuniæ summa satis= factum ipsi fuerit, aliquam pecuniam repetemus ab eo, et successoribus eius, et sereniss[imi] successores nostri non repetent. In quorum omnium fidem præ= sentes manu nostra subscripsimus, et sigillo communi iussimus Dats et actum Torunij die Prima mensis Januarii Anno Domini 1/l° D° l xxi vii° Regni vero nostri Anno Primo.

Stephanus Rex. 1/2t

Idem Iacobus Rokossowski quietatur de ~: certa pecuniæ summa :~

v:p. Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c. Significamus
presentibus litteris nostris quorum interest universis
et singulis, Quod a Generoso Jacobo Rokossowski
Castellano Sremen. Curie nostre Thesaurario, Capto
Ostrzeszowien. Theloneorumque nostrorum in Ma-
iori minoriq3 Polonia Supremo Prefecto, Ad rationem
Arenda proventuum Theloneorum nostrorum Anni
Millesimi Quingentesimi Septuagesimi Septimi, re-
liqui et in effectu, in Thesaurum nostrum accepimus,
presentis paratiq3 pecunie per triginta grossos
florenos decem millia. Dequa decem millium
florenorum summa, eundem Generosum Jacobum Ro-
kossowski Castellanum Sremen. presentibusque quie-
tamus et liberum facimus perpetuis temporibus,
et in ratione futura Thesaureo nostro per eum
faciendo. Sumus hoc suscepturi. In cuius rei
fidem presentes manu nostra subscripsimus. Datt
Torunij die Prima mensis Januarij Anno Domini
M° D° LXXVij°. Regni vero nostri anno Primo.

Stephanus Rex spr.

Stipendium annuum 400 florenorum Helisabe-
thæ de Kamieniec3 Maczie-
iowska a Sigismundo Augusto Rege
: datum approbatur :

v:p. Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c. Significamus
his lris nris gnorum nro interest universis et singulis, ea-
rum notitiæ habituris, Quod cum edocti essemus
a nonnullis Consiliarijs nostris, Generosa Heliza-
beth

beth de Camienieg, relictam Grósi olim Bernhardi Maczieowski Castellani Zublmiensis comingem, compluribus retroactis annis quandiu scit sibi per etatem senio confectam licuit, Serenissimæ Reginæ Poloniæ Dnæ comingi nrâ charissimæ, fumâ cum fide, studio ac diligentia, operam suam nauasse, atq3 ea omnia quæ cúq3 ad tuendam dignitatem eiusdem comingis nostræ Serenissimæ pertinebant, et quæ partim suarú erant, magna cum laude, ac virtutis integritatisq3 suæ attestatione, præstitisse et obiuisse, atq3 eiusmodi meritorum suorum ratione, datum fuisse sibi a Serenissimo felicis recordationis Sigismundo Augusto Rege anteressore mo desideratissimo Stipendium quadringentorú florenorum, ex prouentibus Capitaneatus nostri Stężycensis, profesto Diui Joannis Baptistæ singulis annis per Capitaneú Stężycensem pendendú. Volentes itaq3 gratia et munificentia eiusdem nostræ regia mommentum in præfatam Generosam Elizabeth de Camienieg pro eiusmodi suis obsequiis Serenissimæ Comingi nrâ exhibitis, extare; memorati Stipendii quadringentorum florenorú concessionem a Sigismundo Augusto Rege sibi factam, ratam et gratam habemus; quin potius hoc ipsum Stipendium quadringentorum florenorú pecuniæ, monetæ Poloniæ sibi demo damus, donamus, et largimur, ex prouentibus Capitaneatus nostri Stężycensis, nos et fiscú nostrú concernentibus, singulis annis pro festo Diui Joannis Baptæ, ad vitæ suæ extrema tempora, percipiendum et pendendum, et in vsus suos beneplacitos cóuertendú. Quamquidem rem, omnibusq3 quorú interest; præcipue vero Generoso Bartholomeo

Fielonſki de Fielanka, Capitaneo nostro Stężycen-
ſi, alijſq3 Capitaneis pro tempore exiſtentibus ad notitiã
deducimus, atq3 eidem mandamus, ita omnino habe-
re volentes, vt prefate Gnóſe Helisabeth de Camie-
nieczq3 prædictam penſionem sine stipendiũ quadrin-
gentorum florenorum singulis annis profesto Diui
Joannis Baptiste sine omni difficultate et cúctatio-
ne realiter et cum effectu det et numeret, nullis
aliis litteris nostris, vel cuiuſpiam alterius eadem
uice ad ſe non expectatis; quittatione quoque ipſi-
us Generoſe Heliſabeth de Camieniecz contentus vt
sit. Quam quietationem Regni nostri Theſaurarius
ad præſens et poſtmodũ quoque exiſtens in exigen-
dis ab eodem Gnóſo Bartholomeo Fielienſki ratiõi-
bus volumus vt ſuſcipiat, regue aliter eam, atq3
noſtra proprie duxat et habeat. Secus vero cũ-
dem Capitaneum noſtrũ Stężycenſem tum et Regni
noſtri Theſaurariũ, pro gratia noſtra facere no-
lumus. Harum teſtimonio litterarum gnas ſigillo
præmiſſorum manu noſtra ſubſcripſimus, et ſigilli
regni noſtri appenſione munijri mandauimus. Datũ
Byjdgoſtiæ die Decima menſis Januarij Anno
Domini Millesimo gningentesimo ſeptuageſi-
mo ſeptimo Regni noſtri Anno Primo.

Ager quidam in Villa Kroſzcienko Andreæ Bobolia ad vitam confertur.

vig. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Significa-
mus præſentibus litteris nostris, quorum interest vniuerſis

et singulis. Quod cum nobis essent commendata ob-
segnia Generosi Andreæ Bobolia Secretarii nostri
quæ summa cum fide et alacritate antecessori nostro
olim Sigismundo Augusto præstitit, munerq3 nobis præ-
stare non desinit, adeo vt magnam in spem veniamus
cum vtilitati et vsui nobis Reipub-q3. quotiescunq3
se dederit occasio posse esse- habentes itaq3 digna
rationem eiusdem, eumq3 inflamare ad obeunda ma
obsequia volentius, libenter hoc fecimus, vt ei ad
facultatem daremus, vt possit et valeat prædium
vel agrostrum colonorum, quod Nobilis olim Mar ti-
mus Mysłowski à colonis nostris, incolis villæ Supe-
rioris Kuostzienko dictæ Soltysiæ, tunc Generosi
Andreæ Bobolia consensu antedicti antecessoris
nostri ad id accedente, redimerat, prædictæq3 ibidē
constituerat, de manibus successorum Nobilis olim
Martini Mysłowski vel coniugis ipsius Nobilis olim
Dorotheæ Mysłowska, necnon aliorum omnium ad
prædictum prædium vel agros jus et interesse
aliquod habentium, quorum nomina et cognomina hic
habere volumus pro expressis, sumâ pecuniaria
in eisdem bonis iuste et legitime inscripta, ea tamē
minime aucta, aliisq3 omnibus attinentiis, vtili-
tatibus, provenibus ad hoc idem prædium et agros
ex antiquo spectan, redimere, quosq3 idem agros
vel prædium ita redemptum, prænominatus Andre-
as Bobolia cum omni iure, dominio, omnibusq3 pro-
ventibus ab antiquo ad idem prædium et agros
prædictos spectan, tenebit, habebit, et possede-
bit, cuiq3 fruetur, quemadmodum Nobilis olim
Martinus Mysłowski et coniux ipsius prædict
frusbatur et vtebantur. Volentes autem vberiore

gratiam nostram in ipsum Andream Bobolia declarare, ipsum in libero corundem bonorũ predictorũ vsu fructu et quieta possessione ad extrema vsque eius vita tempora conseruand et retinend duximus; vtq̃ quidem l'ris hisce nris conseruamꝰ. Jta tamen vt ijs prenominatus Andreas Bobola nomine huius adunitalitatis sibi à nobis concessa, quartam partem sum̃a in eisdem bonis inscripti, nobis et Reipublicæ nrę remittere et condonare, atq̃ hoc nomine coram actis quibusq̃ authentici recognitionẽ facere, eiusq̃ recognitionis extractum in duodecim post assecutam possessionem, septimanis, ad Cancellariam nostram mittere teneatur. Promittimusq̃ pro nobis et sereniss̃imis successoribus nris, quod eundem Grosum Andream Bobola, de prædictis bonis, pro mensa, fisco, cognina, vel quacunq̃ necessitate Reipub- non redimemus, nec successores nostri redimant, neq̃ alli redimendi potestate quoad vixerit, dabimus. Eo autem ex hac vita sublato non prius ad nos et successores nros possessio bonorum prædictorum pleno iure redibit, donec successoribus prefati Andreæ Bobolia sum̃a in l'ris originalibus iuste et legitime inscripta, per nos aut successores nostros persoluta fuerit. Jmmobilibus nostris Regalibus semper salvis ibidem permanend, Jn cuius rei fidem sigillum nrum presentibus est appressum, et manu nostra subscriptum. Datũ Bydgostiæ die mensis Januarij Anno Domini M° D° L x x° V ij° Regni vero nostri Anno P R i m o.

Stephanus Rex ppr

Stipendium annuum 35 florenor. Andreæ Kolakowski concedit̃ur.

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Notum facimus tenore præsentium quorum interest universis Nos rationem habentes obsequiorum nobilis Andreæ Kolakowski, Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis, et nostri, tibicinis, qui ob aduersam suam valetudinem diutius in obsequio nostro esse nõ potest, ipsi stipendiũ annuum triginta quinq̃ florenorum monetæ et numeri Regni nostri, ni prouentibus magnæ Procurationis nostræ Cracouien, dan̄ et assignari duximus, damusq̃ et assignamus tenore l̃rarum nr̃arum, ad extremæ vitæ suæ tempora, singulis quartualibus anni per quartam partem eiusdem sũmæ tollen̄ et percipien. Prout de id Generoso Michaeli Matuszkowski magno Procuratori arcis nostræ Cracouien, ac ipsius Vicepro curatori, modernis et pro tempore existentibus, ad notitiam deducimus, Mandantes vt dicto Andreæ Kolakowski stipendiũ prædictũ particulatim singulis quartualibus ex prouentibus magnæ Procurationis Cracouien dent et extradant; darique et extradi inbeãt, vita eiusdem ipsius Kolakowski durante. Nos verò id in ratione susceptur̃i sumus. Pro gratia nostra et officiis suis sedulis non facturi, Harũ q̃ vigore manu nostra subscripsimus et sigillũ nostrum apprimere iussimus testimonio l̃rarum Datũ Bydgoszcz die vndecima mensis Januarij Anno 1577 Regnorũ Anno primo. Stephanus Rex ppt.

Mathiæ Bech Cancellaria Notario bona quædam caduca donantur.

s.u. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus his litteris nostris quorum interest omnes et singulis earum notitiam habituris. Quia nos habentes cõmendatam à magnifico Joanne Famoyski Regni nostri Vicecancellario, Belzensi Knyschinensi Famecheńg3 nostro Capitaneo, Syncere nobis dilecto, Nobilis Matthiæ Bech, Cancellariæ nostræ minoris Notarii fidem et diligentiam, in expediendis Cancellariæ nostræ negotiis abundè ab ipso probatam; dignum omnino iudicauimus ni quem liberalitatis et munificentiæ nostræ Regiæ extaret argumentum, tam itag3 ob causam bona mobilia omnia et singula nullis prorsus exceptis, ad nos et fiscũ nostrum Regiũ, iure quod caducum vulgo dici consuevit, post mortem cuiusdam Stanislai Wronowski ex illegitimo thoro procreati, ac sterliter nullis legitimis hæredibus relictis, nullo demig3 testamento condito, defuncti, devoluta, sibi danda, donanda, et conferenda duximus; vtigidem damus et conferimus per præsentes, cum omni iure, dominio et proprietate, titulo hæreditariæ perpetuæ et irrevocabilis donationis, Concedentes eidem Matthiæ Bech plenariam et integram potestatem, bona ipsa omnia iure et nomine fisci nostri, à cuiusvis status dignitatis et conditionis hominibus repetendi, atg3 illa ni vsus suos quosvis pro arbitrio

Suo commertur di. In cuius rei fidem presentes ma=
nu nostra subscripsimus, et sigillo Regni nostri mu=
niri mandauimus Datj Bÿdgoszcz die Sedecima
Mensis Januarij Anno Domini m° D° Ixx° vj°
Regni vero nostri Anno Primo.

Stephanus Rex mpt.

Andreas Zebrzidowski Pocilator Mtis Regiæ Hedui gim de Thenczin ma=trem suam quietat.:

vp. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ vſ. Significa=
mus his litteris nostris quorũ interest vniuersis et
singulis. Quod comparens personaliter coram nobis
ad acta Cancellariæ nrã, Generosus Andreas Zebrzÿ=
dowski, Pocillator Curiæ Mtis nostræ, magnifici olim
Bartholomei Zebrzÿdowski de Wieczbork, Palatini
Brestensis filius, in Ruscza ac Wrzesznia, aliÿsq;
hæreditatibus ad ea bona pertinen, hæres, mente
et corpore sanus, à tertiis, Palatinatibus, districti=
bus, et ab omni iure suo proprio recedendo, Juris=
dictionemq; competentem, seu Jurisdictionibus suis
quibuscunq; in toto remuntiando; huic vero præsenti
Jurisdictioni, se bona sua omnia vbilibet habita,
successoresq; suos, Actus præsentis totius respectu
subiiciendo et incorporando, publice, benuole et
per expressum recognouit. Quia sibi Magnifica
Hedwigis de Thenczin, olim magnifici Stanislai Zbo=
rowski Palatini et Gnalis Capitanei Cracouien,
secundi matrimonij Comitissa, mater sua charissima

dedit sufficientem rationem ac totalem satisfactionem
fecit, de administrata ac gesta tutoria bonorũ mobi:
lium et imobiliũ, ac fundorum praefati Gnosi An:
dreae Zebrzydowski, cum post mortem Magnifici
Bartholomei Zebrzydowski Palatini Brestens, patris,
et Reuerendissimi Andreae Zebrzydowski Epi:
scopi Cracouien patrui eius, legitimos, seu postalia
quempiam deuolut, vel ipsum Andream modo quo:
cunq3 concernen et spectan: ob sufficientq3 satis:
factionem praemissorũ, praedictam matrem sua
charissimam de ratione tutoria eiusq3 administra:
tione, quietat praesen perpetuo, et ab omni sua suc:
cessorũq3 suorum impetitione inridicia et extraiu:
ridicia, ration administrationis praedicta tutoria
matrem suam charissimam praescriptam, perpetuo
liberam facit et quietat. Quam suam resygni:
tionem et quietationem, nos ratam et gratã ha:
bentes, eandem in omnibus punctis, clausulis, et
articulis approbamus, confirmamusq3. Decernẽtes
eandem robur et pondus suum debitũ semper
obtinere debere. Harum testimonio literarum, qui:
bus in fidem praemissorum, sigillum nostrũ est ap:
pressum. Actum et Datũ Bydgostiae die vigesi:
ma Prima mensis Januarij Anno Domini mille:
simo D° 1 xx° vij Regni vero nostri Primo.

Relio magnifici Joannis
Zamoyski Regni Poloniae
Vicecancelli Bolgen Kny:
schinen Zamoschien etc Capitj

Andreas Zebrzidowski eidem matri sua administrationem bonorum suorum ad certum tempus committit.

vp. Stephanus Dei gratia Rex Polonia nr. Significamus hiis lris nris quorum interest vniuersis et singulis earu notitiam habituris, Quod comparens personaliter coram nobis, ad Acta Cancellaria nostra, Generosus Andreas Zebrzydowski, Pocillator Curie mtis nre, magnifici olim Bartholomei Zebrzydowski de Wiecz= bork, Palatini Brestn filius, in Ruscza ac Wrge= nia, alysq3 hereditatibus, ad ea bona pertinen hæres, mente et corpore sanus, a terris, Palatinati= bus, districtibus, et ab omni suo iure proprio receden, Jurisditionibusq3 competenti seu jurisditionibus suis in toto renuntian; huic vero præsenti Jurisditioni sc, bona sua omnia, vbilibet habita, successoresq3 suos actus prntis totius respectu subiicien et incorporan= dus amicorum salubri consilio, publice et per ex= press recognouit. Quia proposuit in animo Ma= gnifica Hedwigim de Ozemzin parentem suam legitimam ac charissimam, de cuius materno amo= re legz studio plurimu confidit, in plenipotentē sua et negotiorum suorum gestorem constituere, eligere, et subdelegare, prout iam ex mnt, cō= stituit, subdelegat, eligit, ordinat, et deputat, atq3 inscribit, ad decursum decem annorum se= immediate sequentium. Dan et concedēn eidem Magnifice Hedwigi parenti sue omnimodam fa= cultatem et attributa potestatem causas suas Jūdiciales ciuilē intentatas, cum quibus lzt per= sonis, coram quibuscunq3 Judiciis et officiis Re= gni Terre, palatinatus, districtus cuiuscunq3

occasione quorumcunq3 bonorum, rerum, iniuriarum, et
differentiarum, verten, motas et institutas, ac demo
instituen, et quomodolibet apud quoduis Judicin et
officiu introductas ac introduen: defenden, iure tuen,
prosequi, prosequen, et ad vltimum juris gradu
deduen, Insuper bona prafati Andrea Febrijdow:
ski omnia mobilia tam in parte quam in toto venden,
alienan, commutan, obligan, locan, inscriben: debita
super bona eius hereditaria tam in parte quam in toto
contrahen, et in bonis hereditariis inscriben: de-
bita demq3 inscripta et Cirographis asserata, seu
verbaliter conotata, ac ex quacunq3 successione
devolutoria, tu et ex alia quacunq3 causa, et ex
qualibet competen se, contremen, retenta, repeten,
procis Cittan, per lucra obtinen, progressu q3 Judi-
ciariu continuan, et pro causae exigentia prose-
quen, tollen, leuan, percipien, de perceptis quetan,
inscriptron cassan seu immutadi, decreta reportan
et a sententiis in quantum de iuris forma non fue-
rint lata, ad superiores iudices appellationes
interponen, easdem prosequen. Necnon bona sua
omnia mobilia et immobilia vbicunq3 consistun, ha-
bita et habend defenden, in curam et administratio-
nem suscipien, virtuteq3 prntis inscriptionis dispo-
nen, occasione illorum contractus quosuis here-
ditarios, concordias et computationes perpetuas
facien, et actis inscriben, Jura patronatus in bonis
suis quibuscunq3 quandocunq3 vacantia, presentan,
ac occasione Cramicierum seu limitum cum vicinis
hereditatibus per concordiam, seu medio iure
componen, actus Gramiciales expedien, et omnia
pro causarum Judicialiu et actionu suarum fo-
rensium exigen, peragen, in locum suum vnum vel

plures procuratorios et mandatorios substelegañ, consti=
tuen, ad tuend et expedien actiones gnascis. Promittitq3
idem Generosus Andreas Febrzijdowski ac prnibus se inscri=
bit, recedeñ à foro competenti, vt supra, sc ea omnia
per eandem magnificã parentem et plenipotentem suam
in præmissis facta, gesta, ordinata, et constituta, firmi=
ter tenere inviolabiliter obseruare, non secus, ac si per
ipsum solum Andream recognoscend, præmissa facta
essent, sub vadio decem millium florenoñ pecuniarñ,
Polonicalin, in casu non complctionis suprascriptarñ
tam in toto gnam in parte prædicte Magnifice Hodui=
gi de Tzenzin, irremissibiliter succumben. Pro gno
gnidem vadio, gnotiens se prænominatus Andreas eidē
Hodnigi Cittare permiserit, vel eius successores permi=
serint, totiens foro suo gnouis, respectu gnorumuis bo=
norñ suorñ, proprio obmisso, coram nobis vel gnouis
alio officio seu Judicio palatinatus vel districtus
Regni nostri cuiuscunq3, ad gnod per prædictam
Hodnigem de Tzenzin Cittabitur, vel successores
eius Citabuntur, et gnibus se opponet cum bonis omni=
bus successoribusq3 suis actu prnti in nisi erat, omni
die et tempore in primo tanquam peremptorio, Citone
in bonis gnibuscunq3 et vbilibet habitis, posita, assi=
gnato termino stare, iuri parere, respondere, inscri=
ptionig3 prnti et eius contentis in toto, ab indicio no
Regali prnti, seu ab illo officio vel indicio ad gnod
Citatus fuerit, vel successores eius Cittati fuerint,
non discedendo, satisfacere et omne indic atñ pati,
se de omnibus bonis suis submisit, ac omne totius inscri=
ptionis præsentis cñ illius content, sibi, bonis, suc=
cessoribusq3 suis ad ommimodam vsq3 præsentis
inscriptionis satisfactionem feren, benimole imposit,

imponitgs præsentibus realiter cum effectu Iunoli
primum comparend et satisfacien peremptorium terminum
et alios subsignend gnosmis terminos ex inscriptione
eadem tu ex iuris progressu emanatos et emanandos
actione pro maiori; vel adgnietationem extra Ca-
Castrend egradiend. ad amosne discretionis successorum
receptionis, nec aliis omnibus gnotgnot solum sint
ad deinre vel consuetudine observentur, dilation
nullisgs legalibus impedimentis, seruitus Reipubli-
ce et Regiarum, legationibus tam intra quam ex-
tra Regnum differend, imo omnibus contrariis excep-
tionibus, protestationibus, cuasionibus, motionibus,
appellationibus, aliisgs omnibus iuris et facti re-
mediis, in toto abrenunciando: inhibgs sibi pro-
sus et causæ suæ contra inscriptionem præsentem
illiusgs iuridicam emergentiam, in auxilium etiam
iuridicum assumend, Nullosgs defectus præsenti inscri-
ptioni, ex eags emanato Iudiciario processu, obicien.
Nec modo gnosis exgnisito et exgnirend, iudiciario
et extra iudiciario se cum successoribus suis tuend
ac protegend, sub spe successorum amissione
totius causæ. Præscriptione terrestri in præmissis
inhil obstante. Quam gnidem inscriptionem nos
ratam et gratam habentes, eandem in omnibus suis
punctis, clausulis, articulis et conditionibus, appro-
bamus, confirmamusgs. Atgs robur et pondus suum
debitum ipsam ubigs semper obtinere debere
decernimus et statuimus. Harum testimonio lras
gnibus in fidem præmissorum sigillum nostrum est
appressum Actum et Datum Bydgostiæ die vige-
sima Prima mensis Januarij Anno Dni 1577
Regni nostri Anno Primo.

Rgo? cinsole mgci goamisgs

Idem Andreas Zebrzido= wski eidem matri sua in= scribit debitum decem mil= : lium flor: pecunia: :

S. R. Stephanus Dei gratia Rex Polonie, &c. Significamus
hiis lris nris quorum interest nouerint et singulis, Quod
comparens personaliter coram nobis, ad acta Cancel=
laria nostra, Generosus Andreas Zebrzydowski
olim Magnifici Bartholomei Zebrzydowski Pala=
tini Brestn filius, de wierzbork, in Ruiscza, Wrze=
sinia et alibi hæres mente et corpore sanus existens,
ab omni iure suo proprio recedens, Jurisditionig sua
competn in toto remunciau= hmõi vero presenti ju=
risditioni, sc. bona, successoresg suos, actus prntis
respectu, subiciens et incorporan. Publicè bene=
uole ac per expressñ recognouit. Quia Magnifi=
ce Hedwigi de Ozenczin, Palatine Cracovien,
matri sue charissime, Decem millia florenorũ
pecunie et monete Polonicalis in Regno curren,
quemlibet florem triginta grossis Polonicalibus
computãt, debiti corti, et liquidi tenetur et est de=
bitus. Quos eidem Magnifice Hedwigi de Ozenczin
in sex septimanis post amissionem per vnum amicum
datarum solutarumg in effectu, aut circa Acta
Sijradien coram officio in parata pecunia repo=
sitarũ. numeratarũ, et reluctarũ se de omnibus
bonis suis inscribit et obligat, bona sua omnia ubi=
cunqg in tercis districtibus, palatinatibus qui=
busqũg existen, nominat, ac de bonis successores
suos astringit, sub similis summe alioquin dicem

millium florenorum pecunie Polonicalis vadio, per ipsum Ge-
nerosum Andream Febrzydowski ipsiusq3 successores
in casu non solutionis sumè prefate principalis pro tè-
pore supascripto, id est in Crastino diei post expiratio-
nem sex septimanarú ab amissatione per amicú facta,
succubén, et in summa viginti millium pecunie Polo-
calis capitalem summam debitúq3 essentiale, absq3
aliquo iuris strepitu vigore tantum inscriptionis pre-
sentis cedén et comerten, nulla prescriptione terre-
stri nec pemis statuti, ac nec obligatione quorúuis
bonorum, premissa quaden, pro qua debiti cum vadio
simul iuncta sumà comuntim persolvén, quatiens se pre-
nominatus Andreas Febrzydowski aut sua posteritas
eidem Magnifice Hoduigi de Ozenrzim citare per-
miserit vel permiserint, totiens foro suo quouis, respe-
ctu quorummis bonorum suorum proprio omisso, corá
nobis vel quocunq3 alio officio seu Judicio Palati-
natus vel districtus Regni, cuiuscunq3, ad quos per
predictam Hoduigm de Ozenrzim citabitur, vel
successores eius citabuntur, cui et quibus se iam ex
nunc cum omnibus bonis successoribusq3 suis actu prnti
mmisserat omni die et tempore, in primo tangna pere-
ptorio Citationis in bonis quibuscunq3 et ubilibet
habitis et possessis assignato termino, stare, iuri parere
respondere, inscriptioni prnti, videlicet pro summa
principali cum vadio, ab eodem officio non discedén
satisfacere adiudicatumq3 pati se submisit, ac omnis
totius inscriptionis prntis cum illius contenú sibi, bonis
successoribusq3 suis ad omnimoda vsq3 prntis inscriptio-
nis satisfactiom ferend, benimole imposuit imponitq3
prntibus realiter et in effectu; eundem primum có-
parend et satisfacien peremptoriú termini, et alios
quosuis ex inscriptione eadem emanatos, actione pro

maiori, vel ad gnietationem extra arta Castren' Syrachien',
ad annos discretionis, successorũ receptionẽ, et ne alĩs
omnibus gnotgnor solum sunt ac de iure vel consuetudi-
ne obseruentur, dilatationibus legalibus impedimentis
seruitiis Reipnb: et mhis Regid, tũ legationibus, tam
intra gnam extra Regnũ, millis differen', imo omnibus
contrariis exceptionibus, protestationibus, causationibus,
motionibus, appellationibus, aliisgz omnibus remedĩs
iuris vel facti in toto abremurcian', Nihilgz sibi
processus et causa sua contra inscriptionem prntem
illiusgz iuridicas emergen' in auxiliũ, etiam iuri-
dictiõ assumen', nullosgz defectus prntis inscriptionis
ex ea emanato iudiciario processu obicien', nec mo-
do gnonis exgnisito et exquiren', iudiciariis et extra-
iudiciariis, se cum successoribus suis tuen' ac prote-
gen', sub sua suorumgz successorum amissione to-
tius causæ, nulla prescriptione terrestri in premis-
sis obstante. Quam gnidem recognitionem nos ratam
et gratam habentes, eandem in omnibus suis pnctis,
clausulis, articulis et conditionibus, approbamus,
confirmamusgz Robur et vim suã debitã ipsam
semper obtinere debere decernentes. Harum testi-
monio lrarum, gnibus in fidem premissorum sigillũ
nostrũ est appressum. Actum et Datũ Bydgostiæ
die vigesima prima mensis Januarij Anno Dñi mille-
simo D° Lxxx° vij Regni vero nostri anno Primo.

Pgliõ eiusdem mgri Jo: nos.

Idem Andreas Zebrzicla-
wski ius fructum bonor
suorum omnium eidem matri suæ
: ad vitam inscribit :

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus pre-
sentibus lris mis gnorum interest omnes sis et singulis
earum notitiam habituris, Quod comparens perso-
naliter coram nobis, ad acta Cancellarie mte, Ge-
nerosus Andreas Febrzyjdowski, Pocillator Curie
Mtatis nostre, Magnifici olim Bartholomei Febrzy-
dowski de wieczbork, Palatini Brestien filius, ti Qui-
squa ac porgessia aliisgz hereditatibus ad ea bona
pertinen haret, mente et corpore sanus, à terris, pala-
tinatibus, districtibus, et ab omni iure suo proprio
recedin, iurisditionigz competen seu iurisditionibus
suis in toto renuncian = huic vero presenti gurisditioni
se, bona sua omnia vbilibet habita, successoresgz suos
&tus presentis totius respectu, subiciendo et incor-
porando, vsus amicorum salubri consilio, public et
per expresse recognouit; quia ipse respectu benefi-
ciorum sibi per magnificam Hedwigim de Thenczin
Palatinam Cracovien matrem suam Carissimam,
à teneris annis vsgz in prns collatorum, ab eagz matre
sua Carissima acceptorum, Eidem supradicte
Magnifice Hedwigi de Thenczin, omnium et singulo-
rum bonorum suorum hereditariorum et obligatorio-
rum Mobilium et immobilium gua mnr habet, concessit,
prout presentibus concedit, vsumfructum, vsgz ad
tempora vite sue, seu ad maritatione eiusde,
tali vegt modo, quod si predictam Magnificam
Hedwigim contigerit statu victuali relicto ma-
trimonium contrahere. Extunc predicta bona oma
tam mobilia gua immobilia, eorumgz possessio,
ad predictum Andream recognoscente, pleno iure
absgue guauis contradictione predicte magni-
fice Hedwigis redibunt. Quibus gnidem bonis
supra recensitis, cum eorundem bonorum atti-
nentiis, coherentiis generaliter vniuersis, nullis

penitus exceptis, mobilibus et imobilibus supradicte
Magnifice Hedwigis de Thenczin Palatine Cracovien
vtifruetur, modo suprascripto, ad tempora duntaxat
vite sue, vel ad maritationem, vt supra, suam: post
mortem vero seu post maritationem predicte Mag=
nifice Hedwigis de Thenczin, bona prefata quo=
cunqz ipsam concernebant, vigore presentis inscriptio=
nis, ad predictu Andream Zebrzydowski cuiusque
successores totaliter devoluentur, sine quavis contra=
dictione successorum dicte Hedwigis; in quo bona
supradicta mobilia et imobilia modo vt supra inscri=
pta, prefatus Generosus Andreas Zebrzydowski pre=
fate Magnifice Hedwigi de Thenczin matri sue
charissime, coram nobis dat et admittit intromis=
sionem per ministerialem terrestrem seu generalem
Regni nostri cum Nobilibus, et in bonis dare rea=
liter et in effectu cum pacifica possessione tenebitur.
Per ipsa Magnifica Hedwigim de Thenczin virtute
presentis inscriptionis, tenen, habend. possiden, vsqz
ad tempora vite ipsius, seu ad maritationem
illius, vt premissu est: et hoc sub vadio Decem mil=
lium florenorum Polonicalium, quemlibet florenu per
triginta groszos Polonicales numerand et computan,
in casu non completionis suprascriptorum, tam in
strũ Carissimum Regem Poloniæ, et nunc transferi-
mus de nouo easdem cum omnibus suis pertinen ones
et singulos in jus Teutonicum, quod eligere predicti
fratres duxerint perpetue dinaturq3, secundũ quod
eędem Ciuitat' suæ loca forensia, et villæ superius
expressæ cum omnibus suis pertinen et villa
Gnieszowicze, quam habẽt pro krzyno et Soszyczany
circa Dobrzechow Szosznia et wyszka, Circa verò
wietrzno et Niznalaka, et Sboyszcze cum omnibus
suis pertinentijs, prout ab antiquo in suis agris et
zyluis sunt distincta et limitatæ. Insuper nos du-
cti denotione speciali, damus eisdem fratribus
Monasterii Coprzywnicen liberũ arbitriũ in villis
superius expressis grangias et allodia ponere,
construere, et locare, vbi ipsis videbitur expe-
dire pro libito ipsius voluntatis Remanẽ ibidẽ
omnia iura Polonicalia modos et consuetudines
Polonicales, angarias et præangarias vniuersas
omniũ Palatinorũ, Castellanorum, Judicum,

subditorum nostri Regni. Ministerialiumq; ipsorum et quorumcunq; ac quocunq; nomine censeantur, Ita quod Aduocati predictarum Ciuitatum et Scultheti villarum superius expressarum et Vrbani ac Cmethones villarum nominatarū, coram ipsis vel ipsorū aliquo pro pro causis magnis vel parvis minime respondere teneantur, nisi Aduocati Ciuitatū iam dictarum et Scultheti villarum nominatarū coram Abbate et Conventu predicto, aut si negligentes fuerint in reddenda iustitia extunc coram nobis, duntaxat per literam nostram sigillo nostro sigillatam, per quempiam euocati fuerint vel citati, tunc de se querelantibus suo iure Theutonico respondebunt. Vrbani vero predictarū Ciuitatum, non aliasq; quam coram suis Aduocatis, et Cmetones saepedictarū villarum non alias, nisi coram suis Scultetis suo jure Theutonico respondebunt, et omnia et singula iura facere et exercere, in causis Capitalibus Criminalibus et membrorum mutilationibus, homicidii, furti, incendii, magnis et parvis, praedictis Aduocatis et Scultetis Ciuitatum et villarū superius expressarū, iudicandi, condemnandi, punien, sententiandi plenam et omnimodam concedimus facultatem, prout ipsum Jus Theutonicū postulat et requirit. In cuius rei testimonium et plenioremq; euidentiam sigillū nostrū praesentibus propter robur firmitatis duximus appendendum Actum et Datum in Coprzywnitia fecia quinta ante festū Sancti Petri Apostoli Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo. Praesentibus testibus Abraamo Subpincerna Sandomirien, Nicolao Subotapifero Cracovien, Bodzanta Procre Grali, Przedborio de Brzezie, Wierzbienta de Brannicze, Pelka Przegrocghi et aliis quamplurimis fidedignis. Datum per manus Jarussii Decani Cracovien, et Cancellarii nostri

Nos vero petitionibus eiusdem Abbatis, tanquam iustis
et rationi consonis benigniter acclinati, praefatu ipsius
privilegiu in omnibus suis premtis capitulis, articulis et
clausulis in eo contentu, ratum habeñ atq3 gratu, ex
certa nostra sciencia ratificamus, approbamus, innova-
mus, gratificamus, confirmamus, et presentis scripti pa-
trocinio roboramus. Decernen ipm robur obtinere per-
petue firmitatis. In cuius rei testimoniu sigillum no-
strum presentibus est subappensum. Actum Cracovie
die Dominico quo in Ecclesiis Dei decantatur Letare
Jerusalem Anno Domini millesimo quadringentesimo
octuagesimo sexto. Presentibus ibidem Mgcis
Strenuis et Generosis Joanne de Czigow Castellano
et Capitaneo, Joanne de Tharnow Palatino, Cracovien,
Joanne de Oliesnicza Sandomirien, Andrea Odrowasz
de Sprowa Itopolien, Palatinis, Przedborio de Ko-
nieczpolie Castellano Sandomirien et Capitaneo Pre-
mislien, Joanne Kmitha de Wissnicze Itopolien, Nico-
lao de Tarnow Wislicien, Castellanis, Nicolao de
Brzezie Regni Polonie Marschalco, Nicolao Pienia-
de Witowicze Procuratore Cracovien Gnali, Ludkone
de Tolcarij Thesaurario nostro Cracou. Petro de Wi-
sznitow Judice terre Sandomirien, et aliis quà plu-
rimis fide dignis circa premissa. Datum per manus
Egnidi in Crispatus Domini Joannis Episcopi Wladi-
slavien, et Regni Polonie Cancellarij, nobis sincere
dilecti. Egnio Magnifici Joannis de Czigow Ca-
stellani et Capitanei Cracovien. Nos igitur Sigi-
smundus Rex supranominatus considerañ quod Eccle-
sia Coprzivnicen Almae Dei genitricis virginis Mariae
Domine et Patrone nre ac Sancto Floriano Mi-
liti et Martiri glorioso similiter patrono Regni
nostri precipue sit dicata, Intelligen dñs, quod ide

Martinus Abbas vnacum fratribus vigilanter seruituti
Diuine vacare non desistit et in omnibus rebus bene, et
laudabiliter se gerit. Quapropter supplicationibus
dicti Abbatis benigniter annimus et praimsorta pri-
uilegia in omnibus eius capitulis, sententiis, clausulis, pu-
ctis et conditionibus et praesertim in quarum rerum pacifi-
ca possessione existut ex certa scientia nra, et de spe-
ciali gratia Regis nostris duximus innouanda appro-
banda et confirmanda, Innouamusq3 approbamus, et co-
firmamus praesentibus litteris nostris decernen supra-
scripta priuilegia vim perpetue firmitatis obtinere
in omnem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum pre-
sentibus est subappensum. Datum Cracouie feria sex-
ta ante festum Sancti Laurentii Martiris Anno Domini
Millesimo, quingentesimo, decimo octauo, Regni vero no-
stri Duodecimo. Praesentibus Rndo, Mgris, Venera-
bilibus et Gnosis, Dno in Christo patre Petro Episcopo
Premisliens, et Regni nostri Vicecancellario, Chri-
stophoro de Schydlowiecz Palatino et Capitaneo Cra-
couien, et Regni nostri Cancellario Andrea de Tha-
czin Palatino Lublinen, Nicolao de Schydlowiecz, Ca-
stellano Sandomirien, et Regni nostri Thesaurario,
Nicolao Jordan de Zakliczin Castellano Wisni-
censi et magno Procreatore Cracovien, Stanislao
de Chodecz Marschalco Regni nostri et Capitaneo
Rhopolien, Joanne Czarnkowski Praeposito Scarbimi-
rien et Canonico Cracs, Stanislao Thenlo Archi-
diacono Lublinen, Andrea Krzizki Scolastico Po-
snanien, Canonicis Cracovien, Secretariis nostris
Syluestro Ozarowski Succamerario, Stanislao Chro-
berski Subpincerna, Derslao Zalinski Magistro Cu-
rie nostre, et aliis quam plurimis dignitariis,
officialibus, Aulicis nostris, ad praemissa testibus fide
dignis, sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus
prefati Magnifici Christophori de Schydlowiecz

ri Sczmielion ac Magna Opatow domini et haredis, Pa-
latini et Capitanei Cracovien, ac Regni Polonie Can-
cellarii, tum Siradien Nove Ciuitatis Corczin, Gostinen
Sochaczonien ꝛ Capitanei, Symere nobis dilecti. Rela-
tio magnifici Cristophori de Sydlowiecz Palatini et
Capitanei Cracovien, ac Regni Polonie Cancellarii.
Cristoph̃orus de Sydlowiecz Palatinus et Capitaneus
Cracovien, ac R. P. Cancellarius. Alterum vero
diploma sigillo minori regni subappenso signatum
atq; manu Samuelis Episcopi Plocen, et Vicecancel-
larii Regni subscriptum, erat istius tenoris verbor̃
Sigismundus Dei gratia Rex Polonie, Magnus Dux
Lithuanie, Russie, Prussie, Masouie &c dominus et
hares. Significamus tenore presentium quibus
expedit vniuersis, quia quum essent exorte quedam
controuersie, inter venerabilem Michaelem Abbatem
cenobii Comentin Coprzywnicensem ex vna, et cetus sub-
ditos Cines Coprzywnicen parte ex altera, occasione
census à vino cremato prouenientis, et ratione aliar̃
quar̃dam differentiarum, in fundo Coprzywnicen exor
tar̃, nos cas componi volentes, quosdam nostros Com-
missarios Judices ei negotio conficiendo designaui-
mus, qui ad locum differentiar̃ Coprzywnicam desce-
dentes, auditis vtrarumq; partium propositionibus
et responsis, in controuersia de censu à vino cremato
excitata, talem decretum tulerunt. Quamuis Cines
Coprzywnicenses litteras nras quibus eis censum tunc
donauimus coram Commissarijs demonstrabat, tamen
quod predictus Venerabilis Michael Abbas et
cenobium Comentus, alias item nostras litteras, quibus
nos eras nras predictas Ciuibus datas renocamus,
vt pote que ad male narrata à nobis impetrate
essent, ostendisset, et ille Census vini cremati anti-
quitus Abbatis et Comentus illius proprius fuit,

Nosgrē ea gnā aliorum proprietatē abalienare,
et iis ad gnos nihil pertinēt donare non soleamus, et
consus iste proprius esset Abbatis et Comentus illius
Coprziromēnsis: gnod decretū eorū confirmamus,
et velle nos per praesentes testamur, vt Consus pra-
fatus non Ciuibus, sed soli Abbati cūsq; Comentui Co-
prziromēnsi cedat, ac litteras mās Abbatis et Con:
uentui praedicto datas, in gnibus littera Ciuū reuocā-
tur, confirmamus et in robore conseruamus. Quod
autem alia item controuersia inter praedictas partes
excitata est, Ciuibus Coprziromēn postentibus, vt
gnandogmidem Abbas et Comentus laneos gnostam
ad Curiam Comentualem pertinentes inter agros Ci-
viles possidet, aequalia gnoq; onera cum Ciuibus susti-
neat, Commissarii decreuerūt, diuersū esse ius Ab-
batis et Comentus à iure Ciuium gnum Ciues domino
Abbatis et Comentui subsint, illeq; dominus, ut
vero subditi eius consentur, proinde eam seruitu-
tem Abbati cum suo Comentu, domini gnum sint, mi-
nime ferre debet, gnam Ciues, gui subditi sunt, pro-
pter agros sustinēt. No debere itaq; Abbatem ac
Comentū ad aequalia onera cum Ciuibus sustinēda
cogi. Id gnogne decretū eorū confirmamus, libe-
rosq; lanios Comentuales, gui inter agros Ciuiles
sunt sibi ab omnibus Ciuibus esse debere iudi-
camus. Item in causa et controuersia de extruē-
dis molendinis, gnae in agris et pratis, rippam flu-
uij contingentibus Ciues Coprziromēn erigere sibi
licere volebant; decreuerūt subditos non debere
inuitis dominis in rippis molendina aedificare. Nā
gnamuis proprietas agrorū et pratorū ad Ciues,
superioritas tamen et iurisdictio ad Abbatem et
Comentum pertinet. Quod decretum ab eis,
bene, iuste, legitime, latū iudicamus, idq; cōfirmamus,

Nec quenquam in rippa fluminis molendina edificare
debere, præter solum Abbatem et eius Conventum, ipsi
nos etiã ~~nõs~~ decernimus. Item Decretum quoq; eorum
de Abbate prandia à Ciuibus excipiendo tempore
electionis Proconsulis et Consulum, aut de tributo mar-
cis pro prandio Abbati dandis, ad arbitriũ Ab-
batis vtrũlibet eligere volentis, siue prandiũ siue
pecuniã, confirmamus, antiquamq; consuetudinem et
vsitatã in hac re conseruamus, nisi forte ex liberali-
tate sua Abbas vel eius Conventus hoc sumptu Ciues
suos liberare volet. Item quod dorenerũt Commissa-
rii nostri, Ciues Coprzywnicen in tali vsu syluarũ,
pmetorũ, mercatorum esse debere, qualem eis Abbas
et Conventus concedet, iuxta præscriptũ litterarũ,
quas illis de eo vsu Abbas cũ Conventu sigillis obsi-
gnatas suis, dare debebunt, id quoq; ita esse debe-
re pronunciamus, arbitrio suo subditis in fundo
suo vsum fundi vt concedat. Item quod Comis-
sarii autorem factionũ aduersus Abbatem et Cõ-
ventũ excitatarũ Matthiam Gubaty è Ciuitate
proscribendũ consuluerũt, Ciuitateq; ei Coprzywnicen
interdixerũt, et quòd is turbas et seditiones in
Ciuitate sepenumero fere solus excitabat, et quòd
impossessionatus est, id ab eis rectè factũ decerni-
mus. Prædictaq; Decreta nostra vim et robur
perpetuæ firmitatis obtinere debere pronuncia-
mus, prædictosq; Ciues Coprzywnicen in omnibus
licitis et honestis dicto audientes obsequentesq;
prædicto Abbati ac eius Conuentui esse debere mã-
damus, eisq; tanquã dominis suis honorem et re-
uerentiã præstare debere decernimus, eosq; si re-
belles fuerint et seditiosi, puniendi potestatem ar-
bitrio suo Abbati damus, Harum testimonialium

gnibus sigillum nostrum est appensum Datt̃ in Wielia
wiesß feria sexta proxima post festũ Sancte Lu-
cie Anno domini Millesimo, gningentesimo quadra-
gesimo tertio, Regni nostri trigesimo Septimo. Rela-
tio Rendi in Christo patris, Domini Samuelis Macie-
iowskÿ Episcopi Ploczensis Regni Polonie Procancel-
larii. Samuel Episcopus Plocen et Vicecancellarius Spt.

NOS itagne STEPHANUS REX. Etsi in propinis Co-
mitiis Cracouiensibus felicis Coronationis nostre, omni-
um et singulorum Nobilitorum nostrorum, cuiuscũque
status ordinis et conditionis existentiũ, omnia iura,
priuilegia, libertates, immunitates ac prerogatiuas, tã
publicas quã etiã priuatas, ipsis à Diuis anteces-
soribus nostris iuste et legitimè concessas, iuris iurandi
religione interposita, confirmauerimus et approbaue-
rimus, de iisdẽ à nobis semper inuiolatè seruandis
et tenendis, publice datis litteris nostris cauerimus;
ita vt neminem esse existimemus, qui ea in re quippiã
meritò à nobis desiderare queat: Supplicationi ta-
men memorate, nomine Venerabilis Joannis Mi-
chaelowskÿ Abbatis, et suj Conuentus Monasterii Co-
prziuiniensis nomine nobis facte benigne annuen-
tes; tũ quod conueniens esse duximus, id nos priua-
tim vnicuique prestare, quod omnibus publicè pra-
stitimus; Regnuti quoquidẽ ea in re Diuorum anteces-
sorũ nostrorũ Poloniæ Regũ superius nominatorũ
exemplũ: prænarrata diplomata, tam in parte quã
in toto, in quibus omnibus suis conditionibus, clausulis
et articulis, innouanda, approbanda, et confirmã-
da censuimus, in quantum tamen iuste et legitime
emanata sint, ac iuribus regni nostri publicis
in aliquo non repugnent: et in quantum eham
in eorum omnium et singulorum in eisdem cõpre-
hensorũ, memoratus Abbas cum suo Conuentu

possessionē et vsu hactenus fuit, vel in poste cū gnogne iure ac merito esse debeat. Atgne eandem his lris nostris innouamus, approbamus, confirmamus, ratag; et grata habemus, Decernentes eadem et omnia in eis comprehensa robur et pondus suū debitū perpetuis temporibus, quantum iuris publici rationes ferūt, retinere debere. Harum testimonio litterarū, quas in fidem omniū et singulorum premissorum, manu nostra propria subscripsimus, et sigilli minoris Regni nostri appensione munire mandauimus Datū Bydgostiæ Die Sexta mensis Februarij Anno Domini Millesimo, quingentesimo, Septuagesimo Septimo. Regni vero nostri Anno Primo.

Michael Konopka cum Anna vxore sua conseruantur in possessione mineræ ferariæ Dzbowska dictæ.

Ea: Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus tenore præsentium quorum interest vniuersis. Quia ad intercessionem eorundem Consiliariorum nostrorum Honestum et Prouidum Michaelem Konopka et Annam Rzoska Coniugem ipsius. Mineræ ferariæ Dzbowska dictæ in Capitaneatu Olstinen sitæ possessores modernos vtrunq; simul et quemlibet ex eis seorsim, in vsu et possessione pacifica eiusdem Mineræ et omnium ad eam ex antiquo pertinentium, quem admodū hucusq; tenent, ac iuste et legitime tenere debeāt, conseruari et relinqui mandauimus, conseruamusq; et relinquimus hisce litteris nostris, ac et

vitæ eorum et cuiuslibet ex eis seorsim extrema tem-
pora, Promittim̃ pro nobis et Seremissimis Successori-
bus nostris, quod vita prædictorum conjugum, et cuius-
libet ex eis seorsim, durante, nemini subditorũ nostro-
rum et cuiuslibet status et conditionis nationisq̃
hominum, redimere illos, et quemlibet ex eis seorsim de
prædicta Minera foraria permittemus, nec Serñi Suc-
cessores nostri permissuri sunt, Sed nec nos ipsi pro
mensa, fisco, cognina, et alia quauis necessitate id
facturi sumus, nec Seremissimi Successores nostri factu-
ri sunt. Sed prorsus in pacifica et quieta possessione
et vsu libero prædictæ Mineræ, et omnium ad eam
pertinentium conservaturi eos et quemlibet ex
eis seorsim sumus, hijq̃s ipsi Seremissimi Successores
nostri conservaturi sunt, quibus nostris Regnis nihi-
lominus ibidem saluis, Harũ quibus manu nostra
subscripsimus et sigillum nostrum appendi iussi-
mus Datũ Bydgostiæ quarta die Januarii
Anno Domini M° D° LXX° vij Regni ve-
rò nostri Anno Primo. Stephanus Rex. &c

Capitaneatus Loszicen-
sis Martino Leszniowol-
:ski:

v.g. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Significamus
tenore præsentium quorũ interest vniuersis et sin-
gulis, Quia cum intellexissemus Generosam Sophi-
am de Oborij, Consortem olim Generosi Alexan-
dri Himza, tenutarii bonorum nostrorum Loszi-
cen, ac matrem et tutricem legitimam Nobilis

Dorotheæ vnicæ filiæ et successoris ex prædicto Alexandro Hymda susceptæ, velle de omni iure et dominio suo, ac eiusdem filiæ suæ, accepta imprimis satisfactione de summa pecuniaria in eisdem bonis iuste et legitime inscripta, Generoso Martino Iesnowolski de Oborÿ fratri suo cedere, illudq3 ipsum ius in personam ipsius transfundere, Nos intercessionem dictorum Consiliariorum benigne annuendo, tum habendo rationem obsequiorum ipsius Gnósi Martini Iesnowolski de Oborÿ, quibus se nobis et tum tota familia sua cómendatu reddere intendit, ad eiusmodi cessionem ac iuris et possessionis translatæ prædictæ Iossiensem transfusionem, coram quibuscunq3 Judicio siue officio tam terrestri quam Castrensi in Regno et dominiis nostris existendi, facienda, ea tamen conditione ne summa ibidem iuste et legitime inscripta augeatur, consentiendo duximus, consentimusq3 hisce literis nostris, ratam et firmam illam habere volendo, in omnibus, punctis, clausulis, et conditionibus, non secus ac si hic coram nobis facta gestaq3, et præsentibus literis nostris de verbo ad verbum inserta fuisset. Quamquidem cessionem et iuris sui filiæq3 suæ transfusionem, postquam prædicta Gnósa Sophia de Oborÿ, accepta satisfactione pro summa in eisdem bonis iuste et legitime inscripta fecerit, prædictus Gnósus Martinus Iesnowolski dictam translatam Iossiensem cum omnibus eius ex antiquo pertinendis et ex illis prouenientibus, redditibus, mille pecuniis exceptis, tenebit, habebit, et possidebit, eo per omnia iure, modo, et conditionibus, quibus prædictus Hymda, transmittit, et nunc vxor ac filia ipsius memoratæ tenent et possident. Promittimusq3 verbo nostro Regio nos nemini vita ipsius Martini Iesnowolski durante, Consensum

redimen illum de temita praefata datmos, nec sere-
nissimi successores nostri daturi sint, sed si nos ipsi
vel sereniissimi successores nostri summa praedictam
illi reposuerint Nihilominus possessione temita vita
ipsius durante, etiam pro mensa fisci, cognima, et alte-
rius cuiusuis necessitatis nra causa illum non prima-
bimus, nec sereniissimi successores nostri privaturi sint,
sed ni pacifico et quieto semper usu et possessione di-
cta temita ipsum conseruaturi sumus, sereniissimosq
successores nostri conseruabunt. Quibus nostris sal-
uis semper ibidem manen. Harum quibus manu ma
subscripsimus et sigillum nostrum appendi iussimus
testimonio literarum Datis Bydgostiae die quarta Ja-
nuarii Anno Domini 1577 Regni nostri ans Primo.

Stephanus Rex

Magna procuratio Arcis Crac Michaeli Maleczkowski demandatur

Stephanus dei gratia Rex Poloniae &c. Significamus tenore
praesentium quorum interest vniuersis et singulis.
Quia fidelium ac diligentium multoq
tempore obsequiorum nobis praestitorum, Generosi Mi-
chaelis Maleczkowski Cognatae nostrae Magistri, Ipsi
officium ac Praefectura magni Procuratoris Castri
nostri Cracouien, post mortem Quondam olim Ludouici Iosti
Decii vacant, cum omnibus eius officii ac praefecturae
ex antiquo pertinentiis, iuribus et prarogatiuis et ob-
uentionibus vniuersis, nullis penitus exceptis, aliasque
ta specialem ordinationem nostram, quam ratione
possessionis bonorum eiusdem magnae procuratoris
promissionisq officii, ac personae ipsius magni procu-
ratoris

ratoris. et officialiū, seruitorumq; illius, speciales
lris nrās fecimus, dari et concedi dnximus. Damusq;
et concedimus hisce lris nris ad meliorem promissionem
eosq;, tenend. regend, gubernand et administrand, Pro-
mittentes verbo nostro Regio pro nobis et Seremissimis
Successoribus nostris, neq; nos, neq; Seremissimos Suc
cessores nros, quo ad illi à nobis prouisum melius nō
fuerit, possessionem et usum bonorū prædictorū, in toto
nec in ulla parte earū ademptros esse, imo et alia bo-
na quæ ab eadem magna Procuration ratione qua-
nis alienata sint, quamprimū vacauerint vel elibera-
ta ex possessione aliorum temtatiorum fuerint, nemini
alteri, quā huic ipsi Magno procuratori Castri
Cracouiēn, in possessionem, usum et administrationē,
traditurī sumus, nulla re, nec litteris quibuscūq; in
contrariū obstand. De quibus quidem bonis omnibus
nobis et thesauro nostro rationem sufficientem red-
dere tenebitur. Proinde id ad vniuersorū, præ-
sertim verò Dignitariorum, officialium, ac Nobi-
litatis Palatinatus Cracouiēn notitiam deduci-
mus, Mandam. vt prædictum Generosum Michae-
lem Malczkowski, pro verò et legitimo magno
procuratore Castri nostri Cracouiēn, habeant, ac
ipsi de loco, iuribus, prærogatiuis et obuentio-
nibus vniuersis, de iure et consuetudine ad dictū
officiū et Præfecturā ex antiquo pertinēn,
respondeant, responderiq; irrecusabe iubeat
Pro gratia nostra et officiis suis seruis nō fortē
Horum quibus manum nostram subscripsimus, et
sigillum nostrum appendi iussimus, testimonio lit-
terarum. Datū Bydgostiæ quarta die Januarij
Anno Domini M° D° Lxx° vij° Regni nostri Primo.

Stephanus Rex

Villa Rakowi-
cze Georgio Bam-
-fi-

v. lg. Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c. Significamus tenore presentium quorum interest vniuersis, Quia cum ab ineunte etate sua Mgnus Georgius Bamffi familiarium Curie nostre Transyluanice Prefectus, ita fidem, studium et benevolentiam suam erga nos probauit, tantaq3 dotes virtutes et merita in eo sint, vt non modo nos, sed et Senatores Regni huius à nobis contenderent, quo eum hic apud nos, vbi etiam et ipsius meritorū iam exstant aligna et preclara initia retineremus, operaq3 solertia et dexteritate ipsius, non modo in bellicis rebus, sed et in aliis negotiis quē- admodū alias vbiq3 consuluimus, cum laude et cōmodo nostro vteremur. Adducti itaque et necessitatibus presen̄ temporis, et voluntate consilio et precibus multorum, cum eum, presertim verò nondum plane pacificato Regno nostro, retinendum putauimus, ipsi, conseruan̄, vxori, familie, ac rerum ipsius causa, bona nostra Regalia, ad magnā procurationem pertinen̄, dicta Rakowicze cum predijs, laboribus villarum monasteriorum, molendino, foresta, piscinis, pecudibus, ac omnibus pertinen̄, nullis penitus exceptis, ita vt nec generalitas specialitati, nec specialitas generalitati

· deroget, tum eorundem bonorum fructibus, reditibus, et
generaliter omnibus obuentionibus quæ sunt, et post dar
humana industria excogitari possunt, ad aliam melio=
rem promissionem per nos illi faciend, declinamus et cō=
cessimus, ita mnt de consensu et volmtate ac ad
petitionem eiusdem Mgri Georgii Bamffi, maiorē
gratiam et beneuolentiam nostram erga ipsum et
posteritatem eius declarare cupien, in filium ipsius
natu maiorem Mgrum Joannem Bamffi eandem do=
nationem et concessionem nostram transferimus
et transfundimus, Insuperq; etiam et alia bona
nostra Regalia ad eandem magnam procura=
tionem pertinen dicta Kucharj cum pecu, labori=
bus villarum monasteriorum, molendino, foresta,
pecoribus et pecudibus, et aliis omnibus pertinen,
nullis penitus exceptis, sic vt nec generalitas spe=
cialitati, nec specialitas generalitati deroget, ad
priora bona Rakowicze, huic ipsi filio natu maiori
Joannis superius recensiti addimus, adiungimus et
appropriamus, Ita vt hæc eadem vtraq; bona, tā
Rakowicze quam Kucharij, vti superius sunt ex=
pressa, ac in se continentur, et hucusque ad ma=
gnā procurationem tenentur, tenebantur ne,
cum omnibus earū prouentibus, reditibus, et gene=
raliter obuentionibus vniuersis, prædictus Mgrus
Joannes Bamffi habeat, teneat, et possideat, illisq;
pacifice et quiete vtatur ac meliorem vti promissū
est promissionem, per nos illi faciendam. De quibus
quidem bonis nihil prorsus nobis et thesauro nostro sol=
uere tenebitur, nisi quartam portem prouentuum
pro Reipub= laudata. Proinde id ad omnium
quorū interest, et præsertim magni procuratoris arcis

nostræ Cracovien. ac eius Vicecancellario, et aliorũ ad id interesse habeñ Notitiam deducen mandamus, vt superius recensito Magnifico Joanni Bamffi cum requisita fuerit liberam et pacificam possessionem bonorũ predictorum vtrorumq3 tam Rahowicze quam Kucharij et omniũ ad ea pertinentiũ vt superius sunt expressa concedant, concediq3 imbeant, Nulla re nec litteris quibuscunq3 in contrariũ obstan. Harum quibus manum nram subscripsimus, et Sigillũ nostrũ appendi iussimus, testimonio litterarum. Datum Bydgostiæ quarta die Januarij Anno Domini 1577 Regni nostri Primo.

Dominicus Allemani praficitur Coquinæ Regiæ

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ. Significamus tenore præsentium quorum interest vniuersis. Si prædecessoribus nostris Regibus Poloniæ, et magnis Ducibus Lithuaniæ, ea cura et studium assignando fuit, vt bonis et probis viris Curiam et Aulam suam ornent, certe hoc studium et eam Curam nos et antea habuimus et habere semper toto vitæ nostræ tempore proposuimus. Cum itaque occurreret atq3 diligenter à multis cõmendatus nobis esset, Generosus ac Nobilis vir Dominicus Allemani Dapifer Zubliniens. ac in Psary hæres, vir probus et integer, natione Italus, educatione, moribus, conuersatione, et tota vita sua verus et genuinus Polonus, qui à multis annis iam hic in Polonia honestissime et non sine laude sua in obsequiis Serenissimorum prædecessorũ nostrorum

Regnum Polonia versatus, de illis ac præcipuis Regni hujus familiis et ole nobis etiam ipsis benemeritus, ia mgß fere non secus atgß alius quisgß Nobilis et indigena Regni hujus admissione et voluntate Regum prædecessorum nostrorũ, possessionibus terrestribus à se gnesitis locupletatus, ac etiam officio terrestri, Comige Polona genere nobili et liberis ex ea susceptis, ornatus et decoratus sit, digñ ducimus, quem in Aulam, et ad obsequia nostra vocaremus, ac illi dignitatem quogß nostram conferremus. Vacante itagß Præfectura cognitæ nostræ, per assecutionem officii magni Procreatoris Castri nostri Cracovien, Generosi Michaelis Maleczkowski, cuius Præfecturæ ultimi et immediati possessoris, eandem præfecturam cognitam nostram, Grosso Dominico Alemani prædicto, Dapifero Lublinen et in Psari hæredi, donandã et conferendã esse duximus, damusgß et conferimus tenore literarum nostrarum. Quod gnidem munus præfecturæ, sive magistri cognitæ nostræ Regiæ, tam in Regno nostro Poloniæ, gnam magno Ducatu Lithuaniæ, et aliis dominiis Regni et magni Ducatus nostri Lithuaniæ, cum ipsius omnibus juribus, prærogativis, obventionibus, et attinentiis, antignitus ad illud spectañ, memoratus Dominicus tenebit, habebit, possidebit, pacifice gß iis omnibus gnæ eõ spectant, ut fructur, usgne ad vitæ suæ ultima tempora, vel maioris officii aut dignitatis à nobis assecutionem. Ad quod gnidem officiñ suum pro cõmodiori ipsius sustentatione, adiungimus illi ultra conditiones et prærogativas, gnibus præfectura hæc ex antigno decorata et promissa sit, servitiñ, et cũ eo stipendiñ Aulicum ammum gnadringentorum florenorũ mmeri ctmonetæ Poloniæ aliñ. Mensa autem ex cognina, et vinũ ex celario. Cgni prætorea de Stabulo meo

singulis diebus iuxta ordinationem nostrã illi proui-
debuntur. Proinde id ad omnium et singulorũ quorũ
interest, et præsertim officialium Regni et Ciuitatis
moderniorum et pro tempore existentium notitiam deduci-
mus, Mandamusq3 vt dictum Generosum Dominum
Alexandrum Daszkiewicz Zubkowien, provisum et legitimo
præfecto et magistro Coquinæ nostræ habeant, illiq3
de reditibus stipendio et aliis prærogatiuis ad hoc
munus ex antiquo spectan, et unde per nos assignatis
respondeant, ac ab aliis quorũ interest responderi
iubeant. Pro gratia nostra et debito suo seruus face-
re non auserit. In quorum omnium fidem manum nostram subscri-
psimus, et sigillum nostrum apponere iussimus, testi-
monio litterarũ Datæ Bydgostiæ quarta die mẽ-
sis Januarij Anno Domini 1577 Regni vero
nostri Anno Primo.

Vexilliferatus Lom-
sensis Ioanni Tro-
szinski :

vsp. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus, &
Quod vacante Vexilliferatu terræ Lomsen, post
susceptionem Notariatus terrestris Rogamensis
Generosi Petri Jakuszki, eiusdem Vexilliferatus
ultimi et immediati possessoris. Nos non tan-
tum commendatum, sed et plane perspectã ha-
bentes Generosi Joannis Troszynski, aulici nostri
fidem, sedulitatem, de nobis bene merendi studiũ,
generis splendorem, et alia virtutũ merita, quib-
us se nobis breui hoc, quo in aula nostra versatur,
tempore, reddidit commendatũ: Eidem dictum

vexilliferatu terrae Lomzen, dandu et conferendu.
esse duximus, prout damus et conferimus per pre-
sentes, per ipsum horidem Vexilliferatus officiu, cu
omni iure, dominio, et proprietate, cumq; omnibus pre-
gatiis, et uniuersis prouentibus, ad horidem officiu
de iure et consuetudine antiquitus pertinentibus, te-
nendu, habend, utifruend et possidend, ad extrema ipsi-
us vitae tempora, vel maioris officii aut dignitatis
assecutionem. Quocirca uniuersis et singulis Dignita-
riis, officialibus, et cuncte Nobilitati terrae Lom-
zen demuciantes mandamus, ut praefatu Gene-
rosu Joannem Troszynski, pro uero et legitimo
Vexillifero Lomzen habend et recognoscentes, ei-
dem de loco, iuribus, prerogatiis, et uniuersis ob-
uentionibus, ad horidem officium pertinentibus,
respondeatis, et responderi curetis, pro gratia
nostra. In cuius rei testimoniu praesentes manu no-
stra subscripsimus, et sigillo nostro communiri fecimus,
Datu Bydgostiae die Sexta mensis Januarii Anno
Domini 1577 Regni nostri Anno Primo.

Confirmatio litterar ad molendinum in profluete Miedzwna in Capitaneatu Bidgo-: stiensi situm, pertinentium. :

Ex: Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significa-
mus praesentibus litteris nris, quibus expedit uniuersis et
singulis. Exhibitas esse nobis tras pargameneas, titulo
ac Sigillo, necnon manu Magnifici Joannis a Koscie-
lecz Castellani Bierchomien, et Capitanei Bydgostien

subscriptas, sanas, salvas, et integras, nullaq3 suspi-
tione obnoxias, continentes in se venditionem Molen-
dini aquatici in Riuulo seu torrente Miedzrona nun-
pato, in fundo Capitaneatus Bydgostien construen et
perstruend, Nobili Laurentio Suskowski Civi Bydgostien
et eius successoribus legitimis, supplicatu itagne est
nobis vt eadem autoritate nostra Regia approbare
ratificare, et confirmare dignaremur. Quarum tenor de
verbo ad verbum segnitur, et est talis. In nomine
domini Amen, Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam
Acta humana quantumcunq3 memorabilia facile
ex hominum memoria deperemt et evanescunt, nisi
litterarum munimentis fuerint insignita et roborata.
Proinde nos Joannes à Koscielecz, Castellanus Bie-
chowien, et Capitaneus Advocatusq3 Bidgostien,
Notum facimus tenore presentium, universis et sin-
gulis quibus expedit, presentibus et futuris, harum
notitiam habituris, Quia nos cupientes bona Rega-
lia, tenuta et Capitaneatus nostri Bydgostien adau-
gere, at in meliorem et utiliorem conditionem deduc-
cere, de certa scientia et voluntate nostra Nobili
Laurentio Suskowski et eius successoribus legiti-
mis Molendinum aquaticum unius rotae, quod im-
per in nova radice in fundo Regio erigi et fundari
admisimus, sub intermediis monticulis, circa viam
quae tendit in pagum Lochowo, in torrente seu riuulo
Miedzrona nuncupato, qui torrens ex eisdem mon-
ticulis è borra, et sylvis, riuulis, seu gurgiti-
bus emergit, ac egreditur, ex opposito villae Su-
skowska in Aremo et Districtu Bydgostiensi
consistend, in summa pecuniaria Centum quadragin-
ta florenorum pecuniae Polonicalis, triginta grossos
Polonicales in quemlibet florenum numerand, inpta

taxam et æstimationem, impensarum super ædificia
et constructionem molendini prædicti rogatarū, et ex-
hibitarū per certos molendinatores, ad hmōi modi
visionem et taxam vocatos et deputatos factam, resi-
gnand, obligand et inscribēd duximus, jta prout resigna-
mus, inscribimus, et obligamus tenore præsentiū mediā-
te. Adiūcientes eidem molendinatori et successori-
bus ipsius legitimis, pro meliori ac utiliori statu et cō-
ditione ac cōmodo, extirpationem seu eradicationem
agrorū in borra prædicta, fundi Regii, ad colendū et se-
minandū omnimodis grani semina, in certis metis et
limitibus, prout illi à nobis iam distinctē et mensu-
ratum est, incipiendo à via grædit ex Gni-
schoroska, per viam Lochomien, ad rivulum Krempa,
post montes usq; ad superiorem rivum, ubi emer-
git rivulus, qui fluit ad prædictū molendinū, in
quo fundo prædicto, liberū erit ei et posteris ipsius
ædificare pro usu et commodo suo tabernam, circa
prædictā viam Lochomien. Addidimus insuper eidē
Molendinatori ac eius posteris, pratum sub sylva
prædij, incipiendo à prato Serichanska, usque ad
viam minus patam Zlodzieika, quod pratū sibi
pro usu et cōmodo suo ad quatuor iugera alias mor-
gi, agri circa hoc idem pratum sumptu suo eradi-
care ac exterminare debet et poterit. Concedi-
mus etiā prædicto Molendinatori et eius succesori-
bus legitimis, libera pascua pro pecudibus ac pec-
coribus, ac liberam sectionem lignorū pro ædificiis
ac necessitatibus eius propriis in Borcis et Sylvis
fundi Regii, circumquaq; molendino prædicto conti-
guis et adiacentibus: ac libera prensionem seu pi-
scaturā ad piscū in Lacu stagni, ex quo in rotam

agna flmit ac descendit pro mensa sna. Ex gno gridem
Molendino ac proventibus eius, agris gs pratis, bortis,
ac taberna prefata, ipse Laurentius Inskowski, et eius
successores legitimi, molendinatores pro tempore existe-
tes nobis et successoribus nostris Capitaneis et Advo-
cato pro tempore existentibus, tenebitur, ac successores
eius legitimi tenebuntur, eruntgs astricti et obligati,
dare, pendere, et soluere, realiter et in effectu, annis
singulis, pro gnolibet festo Sancti Martini Confessoris
et Pontificis, Decem florenos pecuniarū Polonic, tri-
ginta grossos Polonicales gnemlibet in florenum
computand, sine gnauis renitentia et contradictio-
ne, incipiēn à festo Sancti Martini proxime venture,
medietatem vzt gmings florenos pecunie ad Ca-
strum Bydgostien, et aliam medietatem Advocato
nunc et pro tempore existenti, insuper debebit ac tene-
bitur idem Molendinator cum posteris suis ad quod
illos obligamus, in molendino prefato gnolibet anno
duos canes venaticos, gri illi ex Castro offerentur
alere, et tenere, per ipsū Laurentium Inskowski et po-
steritatem eius legitimā, molendinū predictū cū
omni iure, dominio et proprietate, cū omnibus suis attī-
nentiis, pertinēn, circumstanciis et obuentionibus
vniuersis, cum omnibus emolimentis frumentorū gra-
ni, emissis ex eodem molendino prouenientibus, mu-
lis exceptis, pacifice et quiete, perpetue et in eternum,
tenēn, habēn, vtifruēn, et sine gnouis impedimento
possidēn, dān, donān, alienand, vendend, cōmutand,
et in vsus suos beneplacitos, quos nouerit meliores,
et vtiliores, libere conuertend: consensu tamen Re-
gio vel nostro ac successorū nostrorū ad id accre-
dente. In cuius testimonio litterarū, quibus sigillū
nostrū est subimpressū. Datum in Castro Bydgostien

feria quinta ante Dominicam Quadragesimalem proxi-
mam, Anno Domini Millesimo Quingentesimo
Septuagesimo Quinto. Praesentibus Nobilibus, Petro
Gadkowski Vicecapitaneo Bydgostien, Stanislao Satkow-
ski, Valentino Croienski, testibus circa praemissa existé-
tibus, Joannes à Koszielitz Castellanus Biechowien,
et Capitaneus Bydgostien, manu propria scrat. Nos
itaque supplicationi eiusdem vti iuste benigne an-
nuentes, litteras praefatas in earum primis, clausulis
et conditionibus approbandas, ratificandas et con-
firmandas duximus, prout approbamus ratificamus,
et confirmamus per praesentes. Decernen eas vim et
robur debite firmitatis obtinere debere, non solu
ad ipsius, verum etiam et omnium illius successorum le-
gitimorum perpetua deuiternasq; tempora. In cuius
rei fidem et testimonium praesentibus huic sigillum
nostrum est appensum. Datum Bydgostiae Octava
die Januarij Anno Domini Millesimo quingentesimo
Septuagesimo Septimo, Regni vero nostri anno Primo.
Praesentibus Reuendo in Christo patre, Petro Duni-
Wolski Episcopo Praemisliens, Cancellario Regni,
Nobili Magnifico Petro Zborowski Palatino
et Capitaneo Cracovien, Joanne à Uszew Gin Ca-
stellano Woinicien, Supremo Camerario nostro, Andrea
Opalinski, Marschalco supremo Regni, Joanne
Zamoyski Vicecancellario Regni, Capitaneo Bel-
zen, Kmyrzicinen, Zamechen &c, et aliis quam plu-
rimis Aulicis, Secretariis, Dignitariis, et officialibus
nostris, sincere nobis dilectis.

Domus & bona imõbilia Gnesnæ sita Thoma Popkowicz Skorzewski a iurisdictione Ciuili absoluuntur.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus
præsentibus litteris nostris gnorũ interest omnes is
et singulis, earũ notitiam habituris. Quia nos habẽ-
tes benignam rationem bonestorũ seruitiorũ Thomæ
Popkowicz Skorzewski Armigeri nostri, gnæ ipse nobis
in Aula nostra dugent præstare non intermittit, vo-
lentes igne eundem ad præstan̄ et obeunda cætera offi-
cia reddere alacriorem, domũ eius paternã ac here-
ditariam in Ciuitate nra Gnesnensi in foro, inter domos
Joannis Biernacki ex vna, et Pauli olim Kolaczkow-
ski ex altera partibus, necnõ alia gnæcunq bona ad
hanc domũ pertinentia, gnæ nũc habet, vel in posterũ
habiturus est, ab omnibus et singulis oneribus, consi-
bus, Contributionibus, exactionibus, tam Ciuitati, gnã
etiam nobis pendi solitis, laudatis vel laudandis,
institutis vel instituendis, ab omni jurisdictione Ciuili
eximenda, liberanda de benignitate nra Regia du-
ximus, prout eximimus et liberamus præsentibus
litis nris, ad vitæ eius extrema tempora, Ita quod
ipse præfatus Thomas Popkowicz Skorzewski ad
ulla onera nra et Ciuilia ferenda non tenebitur,
sed ab omni jurisdictione Ciuili erit immunis ac liber.
Jurisdictioni tamen Capitaneali Castren loci
illius, pariere, et se sub illa jurisdictione omnibus
de se gnerentibus, justificare teneatur. Damus
insuper eidem libera potestatem vti omnibus pre-

rogatiuis

rogatiuis, immunitatibus, comoditatibus, gruibus et ceteris
Ciues Gnesnen utuntur. Ceremonia gnoss omnis generis exer-
cend, propinand, vendend, exponend, omni tempore vini, mel-
lis Cerusia, vini cremati, omnisqs aliis liquoris tam ex hor-
deo quam tritico domi coctos et aliunde aductos. Quo-
circa Magistratui moderno et pro tempore existenti Mā-
damus, vt praefatum Thomam Popkowicz Skorzewski in
hac exemptione ac praerogatiua nostra conseruet, nullāqs
jurisditionem tam ratione personarū quarumlibet, quā
domus et bonorum Ciuilium eum exerceat. Pro gratia
nostra et debito suo secus facere non audeant. In cuius
rei fidem sigillū nostrū praesentibus est appressum. Datū
Bydgostiae die Decima Januarii Anno Dni 1 5 + +
Regni nostri Anno Primo.

Prouentus Capitaneatus Loszicensis Regia Mti debitus arrendatur

: Martino Ledzniowolski :

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae &c. Significamus
tenore praesentium quorum interest vniuersis. Quia
cum certiores facti essemus ex Regestro Instratorū
nostrorū, et ab officialibus Thesauri Regni nostri
Capitaneatum Lossicensem, et omnia ad ea pertinētia,
taxata esse per Instratores ad florenos mille, quā-
dringentos, sex, grossos decem, denarios quinqs cū
medio, et ex ea summa singulis annis defalcari mille
florenos rationi interesse, a summa florenorū decem
millium in eodem Capitaneatu, ante restitutionem Pa-
latinatus Podlachiae ad Regnum, Generoso olim Sta-
nislao Hynosa et eius successoribus nisi ipsa

et ad Thesaurū magni Dūratus Litzmanie recepta, Pre-
terea in persolutionem quarte partis et proūissionem
temtarii persolutionem ingne Parochō loci illius, ex-
ta fundationem predecessorū nostrorū florenos mone-
ta ducentos sexaginta tres, grossos gmingß, denarios
tres cum medio, sic vt pro nobis thesaurogß nostro,
iuxta Ordinationem Seremissimi Slemicii Regis nō am-
plius remaneant, quam florem moneta Centū quadra-
ginta tres, grossi gmingß, denarii duo cum medio. Vo-
lentes ne et nos et Temtarius noster Iossiten de resi-
duis prouentibus iis, temta Iossiensis in suscipienda
et reddenda ratione alignas difficultates et mole-
stias habeamus. ab eodem ipso Iossiten temtario mo-
derno et pro tempore existen, eo toto tempore, quo ex te-
mta illa non redimetur, non amplius quam Centum
quadraginta tres florenos monete prefatos, grossos
gmingß et denarios duos cum medio, in Thesaurū no-
strum exactrii receptrigß summs. Quamgidem sū-
mam Centū quadraginta triū florenorū moneta gros-
sorū gmingß et denariorū duo rum cū medio nos se-
per modo arenda temtario prefato Iossiten de re-
ligiis prouentibus quales cūgß sint, et postea reperti
fuerit, quod ipsß de eadem temta non redimetur, co-
stituimus, ne c maiorem vngnā arendam de religiis
illis prouentibus non obligat nobis et Thesauro nō
dari volumus. Idgß nos et successores nros certo fa-
ctureos et obseruaturos verbo nostro Regio pro-
mittimus. Proinde id ad vniuersorū quorum interest,
presertim vero Thesaurarii Regni nostri, ac eius The-
saurei Notariis moderns et pro tempore existen, ad
notitiam deducimus Mandantes, ne a predicto Te-
mtario Iossiten, de temta illius, quod ipsß nō re-
dimetur gmigrad amplius, quad Centū, quadraginta

et tres florenos prædictos, grossos gmigne, et denarios tres cum dimidio exigant, exigine ratione aligna permittat. Nos id illis visa recognitione Tenutarii Lossirensis in ratione susceptrei damus. Harum gmibus manu nostra subscripsimus et sigillum appreimere iussimus. testimonio litterarū Dat. Bydgostiæ Undecima die mensis Januarij. Anno Domini M° D° LXX° Septimo. Regni verò nostri Anno Primo.

Molendinum Schudraga in Capitaneatu Visnensi Matthæo Maier confertur.

Ex: Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ. Significamus tenore litterarū nostrarū, quorū interest vniversis et singulis. Intellexisse nos Molendinum Schudraga vulgo vocatum, ad arcem nostram Visnensem spectans et pertinens, à non modico tempore post mortem Promidi Schudraga illius ultimi et immediati possessoris, vacare: post cuius quidem mortem eiusdem Molendini medietatem. Nobilem Matheum Meier Bremensem proventuum dictæ arcis nostræ, et molendinorū notarium, atque proniforem, iusto et legitimo iure acquisisse. Quia verò altera eiusdem Molendini medietas, nondum est ex manibus honestarū Dorotheæ Annæ, Margarethæ, et Perpetuæ, tanquam dicti olim Schudraga molendinatoris filiarū et successorū exempta, Ideo supplicantibus nobis pro eodem Matheo Meier certis Consiliarijs nostris, eiusque veritatem, fidem, integritatem et egregia merita iam inde ab ineunte ætate in dicta Arce nra Visnensi

non minori fide, quam prompte et alacriter per eum pre-
stita, nobis commendantibus, ratam et gratam haben-
tes eius dicte medietatis prefati Molendini acquisitio-
nem, atq3 eandem firmam et validam permanere volentes,
non aliter quam si noster aut Seremissimorum antecessorum
nostrorum eam precessisset consensus, consentiendum et permit-
tendum eidem Matheo Meier duximus, vti consentimus, et
permittimus per presentes vt possit alteram dicti Mole-
dini medietatem quin potius ipsum Molendinum de mani-
bus dictorum prefati olim Sobudraga antecessorum, aliorumq3
quorumuis modernorum illius tenutariorum, et quouis iure
possessorum, insq3 et interesse aliquod se ad illud ha-
bere pretendentium, tanquam illorum nomina et cognomina
presentibus essent descripta, summa pecuniaria iuste
et legitime in eodem Molendino inscripta, citra tamen
augmentum et excessum eius, vel aliquam summa exta-
xa Commissariorum nostrorum de eo faciendo, proueniente,
exemere, per ipsum totum et integrum hoc idem Mole-
dinum cum omni iure, dominio, et proprietate, cumque
omnibus et singulis ad illud antiquitus quomodolibet
pertinentibus, ex tertia mensura, duabus pro nobis
et dicta arce nostra Visnensi reservatis, tenen, ha-
ben, vtifruen et possiden, ad extrema ipsius vita
tempora, Promittentes verbo nostro Regio, pro no-
bis et Seremissimis antecessoribus nostris, quod quam-
dm idem Matheus Meier vixerit, ei nos hoc idem Mo-
lendinum non adimemus, nec eundem ex eo, pro fisco,
mensa, cogmina, aut alia quauis nostra et Regni
hac necessitate exememus, nec cuiquam exemen-
di potestatem dabimus, sed eundem in pacifica et
quieta illius possessione, ac integro tertie mensure
omniumq3 ad illud antiquitus pertinentium, vsufructu

conservabimus, Seremissimisq; Successores nostri non adiment, nec exement, nec etiam cuiquam exemendi facultatem dabunt, sed in possessione usuq; fructu illius ipsum conservabunt, quoad vita superstes erit, Mortuo autem eo tum demum hoc idem molendinum ad nos et Seremissimos Successores nostros, restituta prius ipsius successoribus per nos, vel Seremissimos Successores nostros summa pecuniaria in eo inscripta, aut ex taxa proueniente pleno iure redibit et devolvetur, In cuius rei testimonium praesentes manu nra subscripsimus, et sigillo nostro communiri fecimus Datum Bydgostiae die xxiii mensis Januarii Anno Domini M° D° Lxxx° vij. Regni nostri Anno Primo.

Mtãs Regia cauet de debito Georgio Rosemberg Ciui Gedanensi.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lith. Significamus praesentibus lris nostris quorum interest universis. Percepisse nos apud famatum Georgium Rozembergk Ciuem Gedanen quasdam res, puta aromata et pannos in usum Aulae nostrae necessarias, per eum missas nostro paratas, valoris atq; aestimationis florenorum Mille ducentorum. Quam pecuniam illi demonstrauimus ex prouentibus quibuscunq; ad Castrum nostrum Margemburgen spectant, sine ex Contributionibus accisq; per Status et ordines terrarum Prussiae nuper in Comentu Grandentinen Iamicis percipiendum et in effectu leuanda, Quocirca

Magnifico Joanni Koptka de Stangenbergk, Palatino Sandomiriensi, Starisimbergensi Prensigs nostro Capitaneo Mandamus, vt visis hisce lris, quampriumm pecuniam memoratam florenos mille Drcentos ex prouentibus recensitis ipsi Famato Georgio Rozemberg aut illius cuicungs praesentium exhibitori, det, tradat, et exoluat, et litteras hisce nras, loco gnietationis apud se detineat, Quas nos in rationibus exigen de memoratis prouentibus Sÿn: tnæ suscepturi sumus Dat. Bÿdgostiæ die xxiiij Januarii Anno Domini M° D° Lxxx° vij° Regni nostri Anno Primo.

Libera sectio lignor. in syluis Ianowiensibus conceditur Martino Lawaczki:

Stephanus dei gratia Rex Poloniæ etc Significamus praesentibus litteris nostris gnorum interest Quibuscunq et singulis. Quia nos ad intercessionem Reuerendorum Consiliariorum nostrorum pro Generoso Martino Lawacz: ti ad nos factam. Ipsi liberam sectionem omnis generis lignorum, ad focum et ad alios gnosmis vsus illius domesticos, ad praedia Lawadÿ necessariorum, ex sÿlvis sine boris nostris, ad tenutam Ianowiensem pertinentibus, permisimus et concessimus, gnem ad modum et permittimus atgs concedimus praesentibus litteris nostris, ad vitæ vsque illius extrema tempora, sine tamen euidenti damno sÿlvarum nostrarum, et cum scitu tenutarii bororum illorum. Volentes ogs insuper ipsum inprimis administrandæ rei suæ familiaris intrinsis

gratia nostra subleuare. Eidem Centum et viginti arbo-
res ad ædificiandum aptas ex ijsdem borris nostris ja-
nowiensibus dedimus: vti quidem et damus per præsentes-
gnas sine simul, et semel, sine etiam diuisim, pro temporis,
atq3 vsu ratione voluerit: ipsi cedere licebit. Quod
ad omniũ gnorũ interest, præsertim vero moderna te-
mpestis et pro tempore existentiũ temtariorũ Jano-
wiensium notitiam deducentes. Mandamus eisdem, vt
præfatũ Generosum Martinũ Zawacki circa præfa-
tos bras mras relinquãt et conseruet, ac relinqui et
conseruari faciant: ipsiq3 libere ligna cuiusuis gene-
ris, in borris et sylvis prædictis nostris, ad necessi-
tatem prædicti Zawacky incidere, atq3 ex ipsis Cen-
tũ viginti arbores seu trabes ad ædificandũ eas-
dem omnino permittant. Pro gratia nostra et sub
pœna contra inobedientes Temtarios in Statutis
prescripta. Horũ testimonio litterarũ, gnas manu no-
stra subscripsimus et sigillũ nostrũ ipsis appreni ius-
simus Datũ Bydgostiæ die xxv^to Januarij, Anno
Domini 1577 Regni vero nostri anno Primo.

Notariatus terrestris Rozanen Petro Iagaczki:~

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significa-
mus præsentibus litis nostris quorum interest
vniuersis et singulis. Quod cum per mortem olim
Generosi Alberti Magnuszewski vacaret Notaria-
tus terrestris Rozanensis, fortaq3 esset legitime
à Nobilitate terræ illius electio quatuor personarũ

ad hoc idem officium Notariatus, nos ex iis Generoso Petro Jagacski, tam quam probitate, in rebus gerendis dexteritate eximio, hoc officium Notariatus terrestris Rozanensis dignum et conferendum esse putamus, damus et conferimus praesentibus literis nostris, ad extrema vitae illius tempora, vel alterius majoris dignitatis assecutionem. Quod omnes et singulis quorum interest, praesertim vero Dignitariis, officialibus, ac Nobilitati terrae illius, demandamus mandantes, ut praefatum Petrum Jagacski pro vero, ac legitimo Notario terrestri Rozanen. agnoscant, ipsique de omnibus praerogativis ad officium eius de iure et consuetudine ab antiquo pertinentibus, respondeat, et responderi faciant. Pro gratia nostra. Datum Bydgostiae die XXV mensis Januarii Anno Domini 1577 Regni vero nostri Anno Primo.

Centum & quinquaginta aurei ex Capitaneatu Kruszwicensi. ad bona Badkow & Stramiecz transferuntur.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significavit, Quia cum supplicasset nobis ac proposuisset per certos Consiliarios nostros Generosus Martinus Falieczki Succamerarius Syradiensis, et Capitaneus Cruszwicen. se nobis cessurum Capitaneatu Cruszwicensi tempore suae, ac sumis veteribus, in eo, iuste et legitime inscriptis, omnibus se conformem, tanto sibi Centum et quinquaginta aureos in auro reservando, si ipsi liberum et adultam usumfructum, sine solutione arendae quam teneretur, et quarta partis

